L E Y XIX.

Quien puede dar penitencia ſolenne, e a quien deue ſer pueſta.

OSado non deue ſer ningun Clerigo de dar penitencia ſolenne, en la manera que diximos en la ley ante deſta: ca non perteneſce eſto a otro de fazer ſi non al Obiſpo, o a quien el lo mandaſſe (1)ſeñaladamente. E otroſi, non la deuen dar ſi non por pecado mortal, que fueſſe muy grande, (2) e muy deſaguiſado, que ouieſſe algun ome fecho, e que fueſſe tan ſabido que todos los de aquella tierra, do acaeſcieſſe, fablaſſen del, e lo touieſſen por mal, nin deuen poner tal penitencia, mas de vna vez (3) a ninguno. E aun touo por bien Santa Egleſia, que eſta penitencia non fueſſen dada a ningun Clerigo, (4) fueras ende ſi lo degradaſſen (5) primeramente: e eſto fizieron por honrra del Sacramento de las Ordenes. E qualquier ome que tal penitencia fizieſſe, non deue de alli adelante ſer Clerigo, (6) nin Cauallero: nin deue veſtir paño de color, nin deue caſar; pero ſi caſaſſe, valdria. (7)

L E Y XX.

De la penitencia que es llamada publica, e porque es aſsi dicha, e a quien deue ſer pueſta, e quien la puede poner.

PVblica es llamada otra manera de penitencia, que ſe faze concegeramente. E eſta es, (1) quando mandan a alguno, que vaya en romeria: o trayga conſigo palo codal, o eſcapulario, o otra veſtidura como de Orden: o que trayga fierro ceñido en el braço, o en el cuello, o que ande deſnudo, o en paños menores. Otroſi llaman penitencia publica aquella que fazen, yaziendo encerrado en Moneſterio, o en otro logar apartadamente, que eſte y toda ſu vida, por pecado grande que fizo. E por eſſo es dicha publica, porque deue ſer fecha concegeramente. E eſta penitencia puede dar qualquier Clerigo Miſſacantano. (2) E puedenla poner tambien a Clerigo (3) como a lego. E eſta es la ſegunda manera de penitencia. La tercera es aquella que llaman los Clerigos priuada, que quiere tanto dezir, como penitencia, que ſe da priuadamente en poridad: e eſta deuen fazer todos los Chriſtianos, todavia, quando confieſſan ſus pecados apartadamente.

LEY

L E X XIX.

Pœnnitentia ſolemnis non debet imponi, niſi pro enormi peccato mortali, de quo publica infamia ſit in populo, & nullus citra Epiſcopum, niſi de ejus ſpeciali mandato, imponere eam poteſt, neque debet imponi niſi ſemel, & clerico non eſt imponenda, niſi prius degradetur, & ſolemniter pœnitens non aſpirabit poſteà ad militiam, vel clericatum, neque contrahet matrimonium, licèt ſi contraxerit, tenebit matrimonium.

(1) *O a quien el lo mandaſſe.* Nota ad dicta *ſupra L. proxim.*

(2) *Muy grande.* Solemnis pœnitentia non eſt imponenda niſi pro crimine manifeſto, & enormi, quod totam urbem commovet, *cap. fin.* 26. *quæſt.* 7. *cap. de pœnitentibus, de conſec. diſtinct.* 3. gloſſ. fin. *in cap. in capite* 50. *diſt.* & hìc, & imponitur fœminis, ſicut & viris, gloſ. 4. per text. ibi *in cap. de bis* 33. *quæſt.* 2.

(3) *Vna vez.* Adde *cap. quamvis*, & ibi gloſ. 50. *diſt.* ubi in text. & gloſ. ponuntur rationes; & ibi etiam per Archid. & an iſti ſolemniter pœnitentes ſint de foro Eccleſiæ, vide gloſſ. 1. *in cap. ſi quis poſt remiſsionem* 50. *diſt.* & per Abb. *in cap.* 2. *n.* 9. *de foro compet. columm.* 3. *verſic. quæro quid de pœnitentibus*; & imponitur hæc ſolemnis pœnitentia, etiam invito, ſecundum Præpoſ. poſt Hug. *in dicto cap. pœnitentes* 50. *diſt. in fine.*

(4) *A ningun clerigo.* Presbytero, vel Diacono, ſeu cujuſcumque ordinis ſit, ut hìc, & *in cap. confirmandum, & cap. illud, & cap. aliud* 50. *diſt.* & per gloſſ. *verſ. niſi in cap. quæſitum de pœnit. & remiſ. & de monachis*, vide gloſ. *in cap.* 1. 2. *quæſt.* 3.

(5) *Degradaſſen.* Depoſitus ſolemniter pœnitere poteſt: *cap. ſacerdos, de pœnit. diſt.* 6. *&* 30. *quæſt.* 1. *cap. ſi quis ſacerdos*, gloſ. *in dicto cap. confirmandum* 50. *diſt. & in cap.* 1. *& cap. quæſitum, de pœnit. & remiſ.*

(6) *Ser clerigo.* Habes hìc, quòd laicus qui ſolemniter pœnituit, non poteſt fieri clericus, neque miles, neque pannos coloris induere, neque matrimonium contrahere: unde juvenibus non eſt facile iſta pœnitentia imponenda, ut *in cap. pœnitentes* 50. *diſt.* & vide ad iſtam L. *cap. fin.* 30. *diſt. &* 33. *quæſt.* 2. *cap. admonere*, & vivet iſte ſecundum regulam eccleſiaſticam, *cap. contrarium, & cap. falſis de pœnitent. diſt.* 5.

(7) *Valdria.* Adde gloſ. *in dicto cap. admonere, in verbo: Numquam ducere, & L.* 14. *tit.* 2. *part.* 4.

L E X XX.

Secunda pœnitentia vocatur publica, quam poteſt quilibet presbyter etiam clerico imponere, ut peregrinatio, certæ veſtis uſus, ferrei cinctio, monaſterii recluſio, & ſimilia. Tertia pœnitentia eſt ſecreta, quam quilibet Chriſtianus tenetur facere privatè in remiſsionem peccatorum. Hoc dicit.

(1) *Eſta es.* Publica pœnitentia dicitur illa, quæ fit in facie Eccleſiæ, non cum ſolemnitate, de qua *ſupra in lege* 18. ſed quando injungitur peregrinatio per mundum cum baculo, & pera benedictis, ut tradit Hoſt. *in ſumma de pœnit. & remiſ. charta* 13. *verſic. bis prælibatis*, & Cardin. de Turr. Cremata, & Præpoſ. poſt eum, *in cap. ſi quis poſt remiſsionem, & cap. quamvis* 50. *diſt.* ubi quod publica pœnitentia dicitur dupliciter: uno modo pœnitentiam, quam quis facit in ſignum publicæ pœnitentiæ, licèt non in ſolemnibus, ut *in cap. in cap.* 50. *diſt.* alio modo quælibet, quæ fit in facie Eccleſiæ, ſcilicet cum injungitur peregrinatio per mundum cum baculo cubitali, vel proceſsionis in camiſeis: & hæc non ponitur pro crimine occulto, ſed pro crimine manifeſto, ut *in cap.* 1. & ibi Abb. & *in cap. quæſitum de pœnit. & remiſ.*

(2) *Miſſa cantano.* Idem tenet Hoſt. *ubi ſupr. argum. cap.* 2. *de offic. Archipresbyt.*

(3) *Clerigo.* Intellige, quando crimen prodiit in publicum, ut *in dicto cap. quæſitum*, & ibi gl. *de pœnit. & remiſ. & in cap. presbyter*, ubi gloſ. 28. *diſt. &* 30. *diſt. cap. ſi quis presbyter.*

L E Y XXI.

Quien ha poder de oyr las confeſsiones.

COnfeſſarſe deuen los Chriſtianos de ſus pecados a los Clerigos Miſſacantanos. (1) Ca ellos han poder de oyr las confeſsiones, por el poder que reſciben de los Obiſpos porque tienen logar de los Agoſtoles, en la Orden que les dan de Miſſa. (2) Pero eſte poder non lo han los otros omes Religioſos, maguer ſean Miſſacantanos: ca non pueden dar penitencias, nin baptizar, nin predicar al Pueblo, nin vſar de las otros coſas que perteneſcen a Cura de las almas; fueras ende, ſi ouieſſen priuilegio del Papa, (3) en que gelo otorgaſſe; o ſi los puſieſſen los Obiſpos para ſeruir a algunas Egleſias Parrochales, (4) que fueſſen de aquela Religion donde ellos ſon: e eſto con conſentimiento de ſus Mayorales de aquella Orden. E maguer dize de ſuſo, que ſe deuen confeſſar los omes a Clerigo Miſſacantano, eſto non ſe entiende, que lo han de fazer a otro, ſi non aquellos onde ſon parrochianos, (5) cada vno en ſu Egleſia. E maguer ſe quiſieſſen a otro alguno confeſſar, non lo pueden fazer (6) ſin otorgamien-

L E X XXI.

Quilibet ſuo presbytero parochiali teuetur confiteri, & non alii, niſi habuerit licentiam alii confitendi: prælatus tamen major poteſt cuilibet hanc licentiam dare; ſed Religioſi non poſſunt confeſsiones audire, neque baptizare, neque populo prædicare, vel curam animarum exercere, ſine Prælati, vel Papæ licentia, vel niſi Epiſcopus ei committat aliquam Eccleſiam ſui ordinis; tunc enim poteſt eam de ſui majoris licentia tenere, & prædicare, omniaque ibi miniſtrare. Hoc dicit.

(1) *Miſſacantanos.* Sacerdotibus data eſt hìc poteſtas à mediatore Dei, & hominum, qui ipſos Eccleſiæ ſuæ præpoſuit, & ſolvendi, & ligandi tradidit poteſtatem: *cap. multiplex de conſecrat. diſtinct.* 1. & in hoc Sacerdos judex eſt, *cap. verbum de pœnitent. diſtinct.* 1. & quilibet Sacerdos recepit hanc poteſtatem in ordinatione ſua: tamen ligata eſt talis poteſtas, niſi à Papa, vel à Diœceſano hanc habeat poteſtatem; & ex quo cura animarum commiſſa eſt ab aliquo idſi ſacerdoti parochiali, ſine alia licentia ſpeciali habet poteſtatem audiendi confeſsiones parochianorum ſuorum, ſecundum Hoſt. *in ſumm. de pænit. & remiſ. verſic. cui confitendum, charta* 4. *col.* 2. *illius tituli.* Sed an presbyter parochialis, qui propter multitudinem populi non poteſt omnium confeſsiones audire, poſsit ad hoc vocare alios ſacerdotes, qui cum juvent in audiendis confeſsionibus, textus videtur quòd ſic, & ibi Hoſt. notat *in cap.* 3. *verſic. confeſsiones, de offic. Archipresbit.* Archidiac. verò *in cap. perlectis* 25. *diſt.* dicit, quòd contra dictum Hoſt. facit text. *in cap. cunctis* 16. *quæſt.* 1. unde ipſe diſtinguit, quòd aut Epiſcopus dedit licentiam illis presbyteris, & poſſunt, aut non dedit, & non poterunt, quæ ſecundum Archidiac. fuit opinio Raym. *in ſumma de pœnitent. & remiſsion.* §. *item poſito*: Joan. Andr. *in cap. omnis utriuſque ſexus de pœn. & remiſsion. ſuper gloſſ. & in cap. cum ex eo de elect. in* 6. tenet, quòd parochialis poteſt ad tempus modicum committere cauſam ſubſiſtenti alteri presbytero, ut audiat confeſsiones parochianorum ſuorum: quando verò vellet committere perpetuò, non poteſt ſine Epiſcopo, allegat *cap. ſi quis in choro* 7. *quæſt.* 1. & ibi reſpondet ad rationes, quas adducit Archidiac. & ita poſſunt reduci opiniones ad concordiam, & relato iſto dict. Joan. Andr. reſidet Præpoſ. *in dicto cap. perlectis.*

(2) *De Miſſa.* Religioſi non habent poteſtatem abſolvendi, vel ligandi, neque baptizandi, neque prædicandi, neque exercendi alia, quæ pertinent ad curam animarum, niſi de conſenſu Epiſcopi, & Abbatis, vel ſuperioris ipſius religioſi, *cap. alia, & cap. pervenit* 16. *quæſt.* 1. *& in* §. *ecce, & in* §. *hoc idem*: hæc enim pertinent ad Rectores curatos, ut *in clement. dudum*, §. *verum de ſepult.* Poſſunt tamen religioſi audire confeſsiones illorum, qui habent licentiam ſacerdotis parochialis, ut alii poſsint confiteri: licèt non dicant ſpecialiter, quòd religioſo, ut tenet Hoſtienſ. *in dicto verſic. cui confitendum, & in verſic. tu tamen dic*, & vide *in cap. placuit de pœnitent. diſt.* 6. & intellige dummodo religioſus aliàs à ſuo ſuperiore ſit habilitatus ad confeſsionem audiendam, ut tradit Archidiac. *in cap. perlectis, columm.* 3. 25. *diſtinct.*

(3) *Priuilegio del Papa.* Hodie vide quod habetur *in clementin. dudum*, §. *ſtatuimus de ſepult.* & ſuper hoc hodie conceduntur facultates per bullas Cruciatæ, & alias conceſsiones Papæ ad eligendum confeſſorem, & ſi ſit religioſus etiam ordinis mendicantium: ex quo videtur talis religioſus habilitatus à Papa, videas per Sylveſtr. *in ſumma, in parte confeſſor* 1. *verſic.* 5. *quæritur.*

(4) *Para ſeruir a algunas Egleſias parrochales.* Adde *cap.* 2. *de ſtatu monachi, & eod. tit. cap. quod Dei timorem*, ubi vide Abb.

(5) *Parrochianos.* Concordat *cum cap. omnis utriuſque ſexus de pœnitent. & remiſsion. & in cap. imprimis* 2. *quæſt.* 1. *&* 6. *quæſt.* 3. *cap. ſcitote, cap. nuper*, §. *in* 2. *& in fin. de ſentent. excommun. & cap. placuit de pœnitent. diſtinct.* 6. Et etiam Rex, ſi ſua reſidentia eſt intra certam parochiam, tenetur de jure confiteri presbytero parochiali, gloſ. *in cap.* 4. *de majorat. & obed.* & ibi Abb. qui dicit hodie communiter Reges habere privilegium, ut poſſint eligere confeſſores: & adde quæ dixi *ſupra in lege proxima.* Et clerici habitantes in parochiis, ſubjiciuntur in hoc curatis presbyteris parochiarum, ſecundum Abb. *in dicto cap. omnis utriuſque ſexus*, & Petrum de Pal. & presbyter parochialis poteſt confiteri, & abſolvere ſuum parochianum, etiam extra parochiam, ſeu territorium parochiæ, cum pœnitentia ſit de juriſdictione voluntaria, facit *L.* 2. *ff. de offic. pro con.* Hoſtienſ. *in dicto* §. *cui confitendum ſit*, addit etiam de criminibus parochiani exextra territorium parochiæ commiſsis alieno Epiſcopatu, vel parochia, gloſ. notabil. *in cap.* 1. 16. *quæſt.* 1. & per Abb. ubi allegat *dict. gloſ.* & confirmat aliquibus rationibus *in cap. cum contingat, col.* 12. *de foro compet.* Ipſi verò presbyteri parochiales recurrere debent ad Epiſcopum pro pœnitentiis; quia cum ipſi immediatè ſubſunt Epiſcopo, non poſſunt abſolvi ab alio, quàm ab eo, vel Archipresbytero eccleſiæ cathedralis, quia in hoc eſt vicarius Epiſcopi, *cap. officium de officio Arch.* Abb. *in dicto cap. conquerente, col. pen. de offic. ordin.* & veniendo in ſpecie ad diverſa genera perſonarum, quis ſit proprius ſacerdos, tradit latè Hoſtienſ. *in ſumma de pœnitent & remiſ. verſic. cui confitendum, per multas col.* & dixi aliqua *ſupra in lege proxim.* & quis dicatur ſacerdos ſcholarium mercatorum, ſtipendiariorum, & ſimilium, qui non habent in illo loco proprium domicilium: vide per Innoc. & Abb. *in dicto cap. omnis*, ubi Abb. *col. fin.* refert opiniones, & dicit illam ſibi placere, & eſſe magis communem, quòd ille dicatur proprius ſacerdos, in cujus parochia habitat de præſenti, neque poſsit commodè adire proprium ſacerdotem, argum. *cap. fin. de parochiis*, allegat gloſ. quæ hoc tenet *in clementin.* 1. *de privilegio, in verbo parochiales*: & permittitur hoc iſtis, & peregrinis, propter neceſsitatem, non tamen per hoc iſti ſunt parochiani illius Eccleſiæ, in qua habitant; neque talis Eccleſia propriè dicitur parochialis iſtorum, ut declarat Abb. *in cap. in noſtro, in fine, de ſepult.* quem etiam vide *in cap. cum contingat de foro compet.* 13. *col.* & vide Bal. *in lege ſi quis ad declinandam, C. de Epiſc. & cleric.* 13. *col.*

(6) *Non lo puede fazer.* Quia ab alieno ſacerdote non po-

miento de aquel, (7) o de otro ſu Perlado (8) mayor, donde es perrochano. Ca otro no lo podria ligar, nin abſoluer, ſi non fueſſe por mandado dellos. Pero los Perlados mayores, (9) aſsi como Obiſpo o dende arriba, e los otros que non an Mayoral ſobre ſi, (10) ſi non al Papa, puedenſe confeſſar a quien quiſieren, ſolamente que ſea Clerigo Miſſacantano aquel, a quien ſe confeſſaren, ſin demandar licencia ninguna.

LEY XXII.

En quantos caſos puede el perrochano de un Clerigo, confeſſarſe a otro, e non al ſuyo.

PErrochano de vna Egleſia, dize la ley ante deſta, que non ſe puede confeſſar a otro: pero caſos ay (1) ſeñalados, en que lo puede fazer: e eſtos ſon cinco. El primero es, quando ſu Clerigo non es entendido, para que le pueda dar conſejo: e quiere yr a otro que lo ſea mas que aquel, mas deue gelo primero demandar: e ſi otorgar non gelo quiſiere, puedeſe querellar a ſu Mayoral, (2) e non puede ſer, que quando gelo moſtrare, como lo faze por pro de ſu alma, que non le plega, e que le non de conſejo. El ſegundo caſo es, quando dexa ſu Perrochia, e

poteſt quis abſolvi, vel ligari, ut *in dicto cap. omnis utriuſque ſexus*, & dixi ſupra *in gloſſ. proxim. in princ.* unde procedit non ſolùm in confeſsione, quæ debet fieri ſemel in anno, juxta diſpoſitionem *dict. cap.* ſed etiam ſi pluries velit confiteri, prout notat ibi Abb. *in 7. notabil.* Quid autem de mulieribus, & ruſticis, qui ſæpe errantes adeunt presbyteros non habentes poteſtatem? Dicit Abb. *in dicto cap. dudum 2. col. 6. n. 21. de election.* quòd ſalventur propter fidem ſacramenti, refert tamen Joan. Andr. ibi dicentem, quòd ſi ante mortem hoc ſciat tutum eſſet, quòd iterum confiteantur, argum. eorum quæ notantur *in dict. cap. quod autem, de pœnitent. & remiſſion.* quod ipſe Abb. verum putat in his, qui nunquam habuerunt inſtitutionem à ſuperiore, ſed in his qui habuerunt ex cauſa ſuperveniente, fuerunt ipſo jure privati, & non obſtante privatione juris tolerabantur, non credit tunc confeſsionem iterandam; quia ut dicunt Joan. Andr. & Hoſt. ratione tolerantiæ, hic verè abſolvit, per text. *in cap. non ne 8. quæſt. 4.*

(7) *Sin otorgamiento de aquel.* Requiruntur duo, ut quis poſsit confiteri alieno ſacerdoti. Primum, ut ſubſit cauſa, nam ſine cauſa peccat parochianus; quia videtur contemnere proprium ſacerdotem, & debet eſſe cauſa juſta, ut *in dict. cap. omnis.* Secundo, ut licentia petatur, & obtineatur, ut hìc, & *in dict. cap. omnis*, ubi notat Abb. *in 6. notabil.* Erit autem juſta cauſa petendi talem licentiam, ſi parochianus ſacerdos ſit imperitus, ut notat gloſ. *in dicto cap. omnis*, vel ut dicit Abb. ibi, ſi ſubeſt cauſa legitima, ut quia eſt odium inter iſtum confitentem, & proprium presbyterum, vel inter eum, & parentes presbyteri; vel quia proprius presbyter fuit particeps delicti: licèt enim poſsit, ſi vult, confiteri ſacerdoti participi, ſecundum Joan. Andr. ibi poſt Vincent. non tamen neceſsitatur, unde eſt juſta cauſa petendi licentiam, quod Abb. approbat ibi in verbo *pœnitentiæ.* Secus, ſi elegerit proprium, quia particeps fuit, ut faciliùs abſolvat, allegat text. cum gloſ. *49. diſtinct. in princip.* adde his Hoſtienſ. *in dicto verſic. cui confitendum*, ubi dicit, quòd non ſemper danda eſt licentia, imo deneganda, ſi ſacerdos ſe ſufficientem reputet; nam præſumere poteſt, quòd petat parochianus licentiam, ut confuſionem, & erubeſcentiam evitet; vel ſi fortè ſe contemni veriſsimiliter præſumit, poterit denegare quandiu ab Eccleſia toleratur, *cap. veſtra de cohab. clericorum, & mulierum*: caveat tamen de conſcientia, ut *in cap. 1. ejuſdem titul. & de temp. ordin. cap. quoniam.* Debet autem ſacerdos credere petenti licentiam allegenti (ſaltem in genere) juſtam cauſam; quia non eſt veriſimile, quòd quis cum fallacia adeat pœnitentiam, ſecundum gloſ. *in cap. placuit de pœnitent. diſtinct. 6.* & ſi ſacerdos injuſtè deneget licentiam, adeat ſuperiorem illius ſacerdotis, qui & ſi deneget, dic ut *in lege 32. infra eod.* Si commodè adire non poteſt, ut tradit gloſ. & ibi Innoc. & Abb. *n. 16.* & alii *in dicto cap. omnis, ſuper gloſ. in verbo obtineat*; & habetur *infra eod. L. 32.* Et ſi ſubeſt neceſsitas, ſtatim poteſt confiteri alieno ſacerdoti, dic ut ibi per eos. Sunt etiam alii caſus, in quibus quis confiteri poteſt alieno ſacerdoti, de quibus vide *infra eod. L. ſeq.* & per Hoſtienſ. *in dict. cap. cui confitendum*, inter quos nota illud de tempore neceſsitatis, ut *in cap. quicumque presbyter de pœnitent. diſtinct. 3. & 26. quæſt. 6. cap. ſi presbyter, & cap. quem pœnitet, de pœnit. diſtinct. 1. & cap. vult de pœnit. diſtinct. 3.* Nota tamen, quòd neque tempore neceſsitatis confitendum eſt hæretico, vel ſchiſmatico; quia non habet Eccleſiæ claves, niſi ſit catholicus: *de pœnitent. diſtinct. 1. cap. verbum Dei, & cap. quem pœnitet.* Hoſtienſ. *in dict. ſumma de pœnitent. & remiſsion. §. quis debet confiteri.*

(8) *Otro ſu perlado mayor.* Sive Papa, ſive Epiſcopus Diœceſanus, vel ejus Vicarius, vel Archypresbyter, item Legatus Papæ, vel ejus Pœnitentiarius, ſecundùm Joan. And. *in dict. cap. omnis, & gloſſ. in cap. 2. de pœnitent. & remiſ. in 6.* & habita licentia proprii Sacerdotis, vel Superioris confiteri poteſt Sacerdoti etiam curam animarum non habenti, ut notat Abb. in Clemen. I. *de privileg. ſuper gloſ. in verbo ſpecialis: quidquid dixerit ibi gloſ. & gloſſ. in dict. cap. omnis*, & ibi Abb. de quo per Sylveſt. *in ſumma in parte Confeſſor. 1. verſic. 5. quæritur*, & ad hoc videas extravagan. Joan. 22. quæ incipit *vas electionis*, ſub titulo *de hæretic. in extravag. communibus.*

(9) *Perlados mayores.* Concor. *cum cap. fin. de pœnit. & remiſſ.*

(10) *Mayoral ſobre ſi.* Id eſt, ſunt exempti, ut habetur *in dict. cap. fin.*

LEX XXII.

Ad confitendum alii ſacerdoti quàm proprio, requiritur ejus licentia: fallit tamen in quinque caſibus. Primus, ſi proprius ſacerdos eſt idiota; quia tunc debet petere licentiam, qua non obtenta, conqueratur prælato. Secundus, cum ad aliam Parochiam tranſtulit domicilium. Tertius eſt, in vagabundo. Quartus, ſi cauſa mercantiæ, vel peregrinationis, vel alia cauſa peregit. Quintus caſus eſt, ſi in aliena Parochia peccavit: quia tunc poteſt, ſi vult, illi clerico confiteri. Hoc dicit.

(1) *Caſos ay.* Vide quæ dixi *ſupra L. proxima, in gloſſ. 7. ſuper parte*, ſin otorgamiento dellos.

(2) *A ſu mayoral.* Epiſcopo videlicet, vel Archidiacono, ubi de conſuetudine, vel commiſsione Epiſcopi, Archidiaconus haberet curam animarum, ut notant Doctor. *in cap. cum ſatis, & in cap. fin. de offic. Archidiac.* Abb. *in cap. cum in cunctis, §. inferiora, n. 4. de elect.* & vid. *infra eod. L. 32.* & Decium *conſil. 420. n. 4.* incipit: *Quæritur*; & ſi iſte ſuperior recuſaret malitiosè dare licentiam, & de facili non poſſet commodè adiri ſuperior Epiſcopi recuſantis, poterit, licentia non obtenta, alii confiteri. Sylveſt. *in ſumma, in part. Confeſſor. 1. verſic. 6. quæritur*, & habes *infra eod. L. 32.*

e ſe va a morar a otra: (3) ca eſtonce bien ſe puede confeſſar ſin otorgamiento de ningun Clerigo de la otra. El tercero es, quando anda de vna tierra en otra, non auiendo voluntad de aſoſegar (4) en vn logar: ca eſtonce puedeſe confeſſar con qualquier Clerigo que ſea, ſolo que aya poder de confeſſar, e de dar penitencia. El quarto caſo es, quando dexa ſu caſa, e va por tierra o por mar buſcando otro logar donde more, (5) o va en pelegrinaje, o en mercaderia, o por otra razon qualquier: ca eſtonſe puedeſe confeſſar alla donde va, aſsi como de ſuſo dicho es. El quinto, quando el que es perrochano de vna Egleſia, faze pecado en otra: (6) ca eſte atal bien ſe puede confeſſar, ſi quiſiere, al Clerigo de la otra perroquía, donde fizo el pecado. E deueſe confeſſar cada vno, podiendo auer el Clerigo, lo mas ayna (7) que pudiere: ca tanto mas agraua el pecado el alma del ome, quanto mas en el eſta.

LEY XXIII.

Quantas coſas deue auer en la penitencia, para ganar por ella ſalvacion.

SAluacion ganan los omes de ſus pecados, faziendo penitencia verdadera: e para eſto an meneſter tres coſas. La primera, que ſe duelan en ſus coraçones (1) de los pecados que fizieron. La ſegunda, que los confieſſen (2) verdaderamente, non encubriendo nin-

(3) *A otra.* Iſto caſu jam ſacerdos parochiæ, cui ſe contulit, non erit alienus, ſed proprius: *cap. final. de Paroch.*

(4) *Aſoſſegar.* Vide *in lege hæres abſens, ff. de judi. in gloſſ. verſic. debebit.*

(5) *Donde more.* Iſte enim ſine domicilio eſt. *L. Labeo. in princ. & L. ejus, §. Celſus ad municipal.*

(6) *Pecado en otro. Cap. 1. de rapto, & cap. placuit 6. quæſt. 3.*

(7) *Lo mas ayna.* Ne tardes converti ad dominum, & ne differas de die in diem, ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Eccleſ. 5. *v.* 7. 8. & rationes propter quas feſtinandum eſt ad pœnitentiam; vide per Hoſtienſ. *in ſumma de pœnitent. & remiſsion. charta 3. col. 4. in verbo, feſtina.* Adverte tamen, quia ſecundùm S. Thom. 4. *Sententiarum, diſt.* 17. ad confeſsionem actualem, nullus tenetur ſtatim poſt peccatum: quia cum præceptum confitendi ſit affirmativum, non obligat, niſi pro loco, & tempore. Sunt tamen aliqui caſus in quibus ſtatim tenetur confiteri, ut ſi haberet recipere Sacramentum Euchariſtiæ, vel ordinem ſacrum, vel ſi eſſet in periculo mortis notabili, vel probabili in caſu, veluti in quo homines frequenter moriuntur, ut in naufragio, bello, acuta febri, vel gravi infirmitate, vel quando conſcientia dictat ad ſtatim confitendum: quia omne quod eſt contra conſcientiam, ſcilicèt præcepti, ædificat ad gehennam: 18. *quæſt.* 1. §. *ex his, & ibi gloſſ.* vel quando probabiliter videret, quòd illo anno copiam idonei ſacerdotis habere non poterit: ut poteris videre de his per Petrum de Palud. *in 4. ſentent. diſt.* 17. & Sylveſt. *in ſumma, in part. Confeſsio, 1. verſic.* Secundò quæritur, ubi refert quintum caſum: quem addunt aliqui, videlicet: quando peccator poſt confeſsionem, & communionem recolit ſe oblitum confiteri aliquod mortale, quia tenetur ſtatim confiteri, neque poteſt expectare futuram Quadrageſimam, quia exponeret ſe periculo obliviſcendi: quod tamen ipſe Sylveſter dicit nihil eſſe, quia obliviſci peccatum mortale, non eſt mortale: unde iſte non ſe exponit periculo peccati mortalis, neque tenetur laborare, ne obliviſcatur, ſed ſufficit, quòd velit recordari, & proponat confiteri, quando alia vice tenebitur.

LEX XXIII.

In peccati commiſsione errat quis contra Deum tripliciter: meditando, conſentiendo, & faciendo. Ita in vera pœnitentia ſunt tria neceſſaria: quibus illas tres offenſiones emendare debet peccator. Pro prima, cordis contritio. Pro ſecunda, oris confeſsio. Pro tertia, operis ſatisfactio. Hoc dicit.

(1) *Se duelan en ſus coraçones.* Contritio debet eſſe univerſalis, continua, habens propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi, & contritio eſt dolor pro peccatis verus, & anxius cum propoſito abſtinendi, confitendi, & ſatisfaciendi aſſumptus. Joël 2. *v.* 13. Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, vel dic quòd cordis contritio eſt à malo ad bonum, à diabolo ad Deum converſio. Joël 2. *v.* 12. Convertimini ad me in toto corde veſtro. Converſio autem eſt cordis undique verſio: *de pœnitent. diſt. 1. cap. convertimini; hæc* Hoſtienſ. *in ſumma de pœnitent. & remiſsion. charta 1. col. 3. verſic. quid ſi contritio, & col. 4. verſ. qualis debeat eſſe contritio.* Secundùm Theologos, contritio, prout eſt virtus, ſeu actus virtutis, quæ pœnitentia dicitur, diffinitur ſic: Contritio eſt dolor voluntatis aſſumptus pro peccatis, prout verò eſt pars ſacramenti, habens relationem ad alias partes, eſt dolor voluntariè aſſumptus pro peccatis, cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Videas Sanctum Thom. & alios Theologos *in 4. Sententiarum, diſt.* 17. Debet autem peccator niti, & orare pro magna contritione, ſed ſi majorem non poteſt habere, ſaltem doleat ſe peccaſſe, & hoc ſufficit, ſed propter hoc doleat, quia Deum offendit; nam ſi ex aliis cauſis doleret, propter infamiam fortè, vel amiſsionem honoris, non eſt digna pœnitentia: *cap. ut conſtitueretur, 50. diſtinct.* neque exigitur peccatores tantùm dolore, quod potius vellent omnem pœnam ſubſtinere, quam peccaſſe; ut tradit Innocent. & Joan. Andr. *in cap. omnis utriuſque ſexus, de pœnitent. & remiſſion.* & ſecundùm Petrum de Palud. à pœnitente requirendum eſt, ſi pœnitet, & ſi non ſufficienter dolet, an hoc ſibi diſpliceat, & vellet ſufficienter dolere, & hoc ſufficit, quod Sylveſter *in ſumma in verbo, Contritio, §. 1.* dicit valde eſſe notandum: quia ſic diſpoſitus, eſt contritus, vel ſaltem attritus, ut poſsit abſolvi, & dicit *gloſſ. in cap. quem pœnitet, de pœnitent. diſtinct.* 1. quòd confiteri quis debet de omni peccato, & ejus veritate, *ut in cap. conſideret, de pœnitent. diſt. 5. & diſt. 6. cap. qui vult.*

(2) *Que los confieſſen. Gloſſ. in ſumma de pœnit. diſt. 5.* dicit, quòd ad confeſsionem tenentur ex univerſalis Eccleſiæ traditione potius, quàm ex novi, vel veteris teſtamenti auctoritate: & quòd traditio Eccleſiæ obligatoria eſt, ut præceptum: *argum. 11. diſt. in his rebus*, & quod neceſſaria eſt confeſsio in mortalibus apud nos, ſed apud Græcos dicit, quòd non, quia non emanavit ad illos traditio talis, & illud Epiſtolæ Jacobi. Confitemini alterutrum peccata veſtra, dicit fuiſſe conſilii primo, alioquin ligaret, & Græcos, non obſtante eorum conſuetudine. Abb. etiam *in cap. omnis utriuſque ſexus, de pœnitent. & remiſsion. colum. 5. verſicul. extra gloſſ. tenet opinionem dict. gloſſ.* Theologi tenent, quòd ut eſt mentalis facta Deo, eſt de jure naturali, ut autem eſt vocalis, eſt de jure divino novæ legis, ut tradit Sanctus Thom. 4. *Sententiar. diſt.* 17. & Sanctus Bonaventura, Ricardus, & Scotus, pro quibus valdè concludit auctoritas illa. Joan. 20. *v.* 23. Quorum remiſſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: & ideo neque Papa diſpenſare poteſt ſuper Sacramento confeſsionis, ne quis con-

ninguno a ſabiendas, nin menguando de dezir todo aquello de que ſe acordaren. La tercera, que fagan emienda dellos, ſegund les mandaren aquellos à quien ſe confeſſaren. E eſtas tres coſas deue fazer cada vn pecador, porque erro contra Dios en tres maneras. La vna, porque ouo ſabor de penſar el pecado. La otra, porque conſentio en el, queriendolo fazer. La tercera, por la ſoberuia que ouo, en cumplirlo de dicho, e de fecho. Aſsi por eſtos tres males todo Chriſtiano, que ſe confeſſare verdaderamente, deue fazer aquellas tres emiendas ſobredichas: ca ſe deue doler en ſu coraçon por el penſamiento malo que penſo, en que ouo ſabor; e deuelo dezir por ſu boca, porque fue deſvergonçado, (4) queriendolo fazer; e a de fazer emienda por la ſoberuia que ouo en ſi, por cumplir el pecado. E para eſtas coſas moſtrar, amenazo Elias Profeta por mandado de Dios a Azahel Rey de Damaſco, quando le dixo: (5) que por los males, e por las premias que fiziera tres vegadas a los Pueblos de los Judios, ſi ſe arrepintieſſe, e fizieſſe penitencia dello, que lo perdonaria; mas por la quarta vegada, ſi los apremiaſſe, non lo perdonaria, mas que le daria pena por ello. Onde por eſtos males, e por eſtas premias, entiendenſe tres maneras de pecado en que caen los omes, penſando mal, e conſintiendolo, e deſpues faziendolo. E el quarto es, quando non quieren fazer penitencia de ſus pecados, e han ſabor de beuir en ellos. E porende al que aſsi muere, non lo perdonara Dios: (6) ca derecho es que el que toda ſu vida quiſo beuir en pecado, ſin fazer penitencia, o arrepentirſe dello, que deſpues de ſu muerte ſiempre ſea en pena.

L E Y XXIIII.

Quantas maneras ſon de pecados ſobre que ha de ſer fecha la penitencia.

SAnta Egleſia mueſtra como perdona Dios, en tres maneras de pecados, quando ſe confieſ-

confiteatur homini, ſecundùm Sanctum Thomam *in* 4. *Sententiarum*, *diſt*. 16. *quæſt*. 3. *artic*. 1. *in fine*; quia Sacramenta ſunt ex inſtitutione divina, benè tamen Papa poſſet diſpenſare, ut differret confeſsionem ultra annum, de quo etiam per Archidia. *de pœnitent. diſt*. 5. *in ſumma ad finem*. Decius *conſil*. 112. *num*. 5. Peccata venialia non tenetur quis ſingulariter confiteri: *gloſſ. in cap. perfecta pœnitentia*, *de pœnitent. diſtinct*. 1. Hoſtienſ. verò *in ſumma de pœnitent. & remiſsion. charta* 2. *verſic. de quibus peccatis*, ponit in hoc tres opiniones. Prima, ut non ſit neceſſe confiteri venialia peccata ſacerdotibus, etſi copia ſacerdotis habeatur, dummodo hoc ex contemptu non prætermittatur; & quòd ſufficeret ea confiteri coæquali. Secunda, quòd necdum mortalia, ſed etiam venialia pandenda ſunt ſacerdoti, qui ligandi, & ſolvendi poteſtatem habet, ſi ipſius copia habeatur; & eſt argumentum pro eis *de pœnitent. diſt*. 1. *cap. agite pœnitentiam*. Tandem ponit ipſe tertiam opinionem, & dicit eſſe diſtinguendum inter venialia, & venialia: habent enim tres gradus ſicut Apoſtolus teſtatur: prima ad Corinth. 3. *v*. 12. & habetur *in* §. *alias* 25. *diſt*. ligna ſcilicèt, fœnum, & ſtipulam. Per ligna majora venialia intelliguntur, & quæ nimis ſunt inveterata, vel in conſuetudine jam deducta, quæ ex ipſa frequentatione, & contemptu mortalia reputantur, vel ſequuntur; *ut in cap. et ſi Chriſtus*, §. *quædam*, *de jurejurando*, & ſecundùm hoc dicit intelligendum, quod Auguſt. dicit, quòd nullum peccatum adeo veniale eſt, quod non fiat criminale dum placet; *ut in dict*. §. *criminis*, & §. *ſequent. diſt*. 25. & tunc debet confiteri, ſi fieri poſsit, & de his dicitur. Vitaſti grandia, vide ne obruaris arena. Per fœnum, intelligas minora, & hæc confitenda ſunt ſaltem in genere, *cap. de quotidianis*, *de pœnitent. diſtinct*. 4. Per ſtipulam, intelligere minima venialia, quæ in ſola cogitatione conſiſtunt, & quæ ad conſenſum non perveniunt, *ut de pœnitent. diſtinct*. 2. *cap. ſicut de tribus*. Abbas *in cap. omnis utriuſque ſexus*, *de pœnitent. & remiſsion*. dicit, quod bonum conſilium eſt, de quo *gloſſ. ibi*. ut confiteatur quis venialia, ſi recolit, præſertim ſi deducta ſunt in conſuetudine. Cardinal. Alexand. *in dicto* §. *criminis*, loquitur in hoc ſatis intricatè. Sanctus Thomas 4. *Sententiarum diſtinct*. 16. & 17. Scotus, & Petrus de Palud. ibidem, & communiter Doctores dicunt, quòd regulariter non teneamur confitere peccata venialia, neque ex vi Sacramenti, neque ex diſpoſitione: *cap. omnis utriuſque ſexus*, *de pœnitent. & remiſsion*. & intellige de confeſsione in ſpecie de ſingulis, ut in principio *gloſſ*. diximus. Tenemur tamen ratione ſtatuti Eccleſiæ confiteri venialia, in genere dicendo. Nos quidem immunes à peccato mortali, ſecundùm conſcientiam noſtram, tamen in multis aliis deliquiſſe, & petere abſolutionem, ſecundùm Sylveſt. *in ſumma in verbo Confeſsio* 1. §. 13. *quæritur*. Si tamen quis dubitet an ſit mortale, vel veniale, tenetur confiteri eum in ſpecie ſecundum Sanctum Thomam, *ubi ſupra*.

(3) *Verdaderamente*. Debet enim eſſe confeſsio pura, & fidelis, & integra, & debet habere confeſsio ſexdecim, quæ his verſibus continentur.

Sit ſimplex, humilis, Confeſsio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Secundùm Sanctum Thomam, & alios Theologos *in* 4. *Sententiarum*, *diſt*. 17. ubi hæc plenè exponuntur. Vide etiam per Hoſtienſ. *in ſumma de pœnitent. & remiſsion. charta* 3. *colum*. 2. & 4. & 5. *verſic. qualis debet eſſe confeſsio*, & vide *gloſ. notabilem, in cap. quem pœnitet, de pœnitent. diſt*. 1. & duæ de prædictis ſcilicet quòd ſit frequens, & feſtina ſunt de bene eſſe, ſecundùm Sylveſt. *in ſumma in verbo Confeſsio* 1. *verſic. primo verò quæritur*.

(4) *Deſuergonçado*. Debet ergo in confeſsione vincere erubeſcentiam, & ipſa erubeſcentia partem habet remiſſionis: quoniam, & verecundia magna eſt pœna, *ut in cap. quem pœnitet*, *de pœnitent. diſtinct*. 1. & non debet dividi confeſsio timore verecundiæ: *cap*. 1. *verſic. cautus*, *de pœnitent. diſtinct*. 5. & contra hunc pudorem eſt triplex medicina. Prima, conſideratio rationis naturalis: ſi enim non erubuiſti peccare, quod inhoneſtum, & inutile fuit, non debes ſecundum rationem naturalem erubeſcere confiteri, quod honeſtum, & utile eſt: unde dicit beatus Bernardus: O inſania nimia hominum, pudet ablui, & non pudet inquinari: pudet ſordes abſtergere, & non pudet contrahere: abſtergirur caliga, & contemnitur anima! Secunda, eſt virtus divinæ intuitionis, quam nihil celari poteſt etiam minimam cogitationem. Ad Hebræos 4. *v*. 13. Omnia nuda ſunt, & aperta oculis ejus, *cap. novit. de judic*. Tertia, eſt comparatio futuræ confuſionis: Eccleſiaſt. 4. *v*. 25. eſt confuſio adducens ignominiam, ſive peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam: de his plenè per Hoſtienſ. *in ſumma de pœnitent. & remiſ. charta* 9. *column*. 1. *verſic. quæ impediant pœnitentiam*.

(5) *Dixo*. Vide Amos *cap*. 1. & *in cap. ſuper tribus de pœnit. diſtinct*. 1.

(6) *Non lo perdonara Dios*. Adde *dict. cap. ſuper tribus*, *in fine*.

L E X XXIIII.

Anima per peccatum moritur in damnationem perpetuam, & per pœnitentiam reſurgit in vitam æternam. Hoc dicit.

fieſſan: e da exemplo deſto de los tres muertos que reſuſcito nueſtro Señor Jeſu Chriſto, quando andaua por la tierra: ca ſegund fizo eſtonce en los cuerpos, faze agora ſemejante dello en las almas. E primeramente reſuſcito la fija (1) del Principe de la Sinagoga, que yazia muerta dentro en ſu caſa, e por eſto ſe entiende el pecado de los malos penſamientos, en que ome eſta: e quando faze penitencia dellos, reſuſcitalo nueſtro Señor Dios en el alma, que era muerta por aquel pecado contra Dios por el penſamiento malo que penſo dentro en ſu coraçon, ſi lo confieſſa; aſsi como reſuſcitò aquella manceba dentro en ſu caſa. E el otro muerto que reſuſcito, era fijo de vna biuda, (2) e quando lo lleuauan a ſoterrar, encontraron con nueſtro Señor Jeſu Chriſto los que lo lleuauan fuera de la puerta de la Cibdad: e ouo duelo de ſu madre, e de la otra compaña que lo lleuauan, e reſuſcitolo, e por eſte quiſo que entendieſſemos el pecado que faze el ome, diziendo algunas palabras, que fueſſen carrera para fazer el pecado que penſo, o trabajandoſe de otra manera qualquier para complirlo: e quando faze penitencia del, reſuſcitalo nueſtro Señor Jeſu Chriſto en el alma, que era ya en carrera para complir el pecado; aſsi como fizo beuir el fijo de aquella muger que lleuauan a ſoterrar. E el tercero que reſuſcito, fue Lazaro, (3) que auia quatro dias que era muerto, e fedia ya muy mal, e por eſto touo por bien que entendieſſemos el pecado que ome faze, non tan ſolamente por penſamiento, nin por palabra, mas compliendolo por fecho, ca a eſte reſuſcita nueſtro Señor Dios en el alma, quando faze penitencia, como reſuſcito a Lazaro del Sepulcro que fedia ya: ca aſsi como el cuerpo del ome muerto que es ya corrompido, aborreſcen los omes, porque huele mal: aſsi el pecador quando comple el pecado por obra, aborreſcele Dios: e porende llora Santa Egleſia, e ruega a Dios por eſtos atales que ſon menores de fecho e mayores en pecados, ſegun dixeron los Santos: Llore por ti Santa Egleſia tu madre, e laue tus pecados en ſus lagrimas: e eſto ſe faze a ſemejança de como llorauan Santa Maria Magdalena e Santa Marta, e rogaron a nueſtro Señor Jeſu Chriſto por ſu hermano Lazaro, que le reſuſcitaſſe, e lloraron y otroſi la otra compaña que yua con ellas.

L E Y XXV.

En que manera deuen los Clerigos oyr las confeſsiones, e que coſas deuen catar.

SAbidores deuen ſer los Clerigos en dar las penitencias a los que ſe a ellos confeſſaren: pues que ſon pueſtos en logar de Dios, para judgar las almas. E deuen primeramente oyr el pecado, de que el home ſe confieſſa: e deſpues peſcudar las coſas que eſtan cerca del, para ſaber la verdad: a que dizen en latin circunſtancias. E eſtas ſon aſsi como qual es el pecado que fizo aquel que ſe le confieſſa, e de que edad (1) es el pecador, ſi es mancebo, o ſi es viejo, o ſano, o doliente, (2) o libre, o ſieruo, (3) o rico, (4) o pobre, o Clerigo, (5) o le-

(1) *La fija*. Vide Matth. *cap*. 9. *v*. 25. & *in cap. quem pœnitet*, *in fine*, *de pœnit. diſtinct*. 1. & *eadem diſt. in* §. *denique*, *verſic. tres quoque*.

(2) *Fijo de vna biuda*. Luc. 7. *v*. 14. & *in cap. fleat de pœnitent. diſtinct*. 1.

(3) *Lazaro*. Joan. *cap*. 11. *v*. 17. & *cap. quantumlibet de pœnitent. diſtinct*. 1.

L E X XXV.

Confeſſor, qui eſt poſitus loco Dei, debet ſapienter ſcrutari in confeſsione pœnitentis circunſtantias, & ejus perſonam in ætate, valetudine, conditione, divitiis, ſtatu, literatura, & dignitate, contemplando etiam locum, & tempus commiſsi, & an per ſe, vel alterius ſuggeſtione, aut adjutorio peccavit: contritionem inſuper pœnitentis, quibus diligenter inſpectis, pœnitentiam commiſſo contrariam injungit arbitrariam, obediat pœnitens, impleatque eam, quia aliàs ſibi non proderit. Hoc dicit. Ortum habet à *cap*. 1. *de pœnitent. diſtinct*. 5.

(1) *Edad*. Ratione fragilis ætatis, minor pœnitentia eſt imponenda, 15. *quæſt*. 1. §. *ut itaque*, pueri doli capaces tenentur confiteri, *cap. omnis utriuſque ſexus*, *de pœnitent. & remiſsion*. Hoſtienſ. *in ſumma ejuſdem tituli*, *charta* 8. *col*. 2. *verſic. cui pueri*. Si verò eſt valde ſenex in ætate decrepita, alleviari debet jejuniis, & gravari orationibus, ut *in dicto capit*. 1. *de pœnit. diſtinct*. 5. & ſi habet pecuniam, redimat cum ipſa peccata ſua, *de pœnit. diſtinct*. 1. *cap. Medicina*. Si verò non ſunt ita ſenes, fortiùs pœnitentiari debent, quàm decrepitus, tales enim cum peccant juvenes ad interitum trahunt; quia ſecundum beatum Gregorium, laqueus juvenum omnes mali ſenes, 2. *quæſt*. 8. *cap*. Paulus dixit, in ſene verò omni diſcretione carente, dic ut in pupillo, & furioſo. Hoſt. *ubi ſupra*, *charta* 8. *col*. 3. *verſic. quando confitendum eſt*.

(2) *Doliente*. Infirmo non eſt injungenda pœnitentia, ſed innoteſcenda quantitas, & qualitas, ut dicat ſic ſacerdos: ſi tu eſſes ſanus, talem pœnitentiam deberes agere, & uſque ad tale tempus, ſed quia es infirmus, tibi non injungo: dico tamen tibi, quòd ſi deceſſeris, facias talem eleemoſynam, ſive injunge tuis hæredibus quòd eam faciant pro hac pœnitentia: ſi autem convalueris, iterum humiliter confitearis, & facias pœnitentiam qua tibi injuncta fuerit. Probatur hæc *in cap. ab infirmis* 26. *quæſt*. 7. & 50. *diſtinct. ex his* 31. *quæſt*. 7. *cap. ſi quis de corpore*, & *cap. ſeq*. Hoſtienſ. *in ſumma de pœnit. & remiſsion*. §. *quando confitendum*, *verſic. confitendum eſt tempore ſanitatis*. Videtur tamen, quòd & poſsit ſacerdos dicere, ſi convalueris, fac talem pœnitentiam, ſine eo quòd teneatur iterum confiteri, vide *infra eod. L*. 39.

(3) *Sieruo*. Si ſervus ſit, & obedierit domino obediendo in atrocioribus, minus puniendus eſt, 22. *quæſt*. 5. *cap. ſi compulſus* 12. *quæſt*. 2. *cap. cum devotiſsimam*, & tamen in talibus non tenebatur obedire: *L. ſervus*, *ff. de action. & obligation. cap. Si dominus* 11. *quæſt*. 3. 86. *diſt. cap. amputatis*. Quòd ſi voluntariè pecbaverit acriùs quam alius, in corpore etiam punitur, 24. *quæſt*. 1. *cap. qui contra pacem* 12. *quæſt*. 2. *cap. qui manumittitur* 3. *quæſt*. 11. *ſi quis ex familiaribus*: neque eſt ſervo injungenda peregrinatio, per quam dominus ſervi ſervitio defraudetur, *cap. relatum*, *de ſentent. excommun*. Hoſtienſ. *in ſumma*, *de pœnitent. & remiſsion. charta* 15. *col*. 4. *verſic. licèt autem*.

(4) *Rico*. Inquirat Sacerdos cautè, & aſtetè quæ cauſa movet divitem ad peccandum, *de pœnitent. diſtinct*. 6. *cap*. 1. *ad fin*. & imponat pœnitentiam in jejunio, oratione, & eleemoſyna conſiſtente, & ſi ſit delicatus caveat ne aſperum jejunium injungat, 41. *diſtinct. cap. non cogantur*, aggravet eum in eleemoſinis, *cap. medicina*, *de pœnitent. diſtinct*. 1. Hoſtienſ. *ubi ſupra*, *verſic. ſi dives ſit*.

(5) *Clerigo*. In eodem genere peccati magis videtur peccare clericus, quàm laicus, gloſ. *in cap. homo chriſtia-*

lego, o Letrado, (6) o ſin letradura, o Perlado, (7) o otra perſona menor, (8) o en que lugar (9) fizo el pecado, o ſi lo fizo por ſi tanſolamente, o con ayuda de otro, o porque ſe mouio a fazerlo, o ſi lo fizo de ſu grado, o por fuerça, o quantas vezes, (10) e en que manera, e ſobre todo ſi mueſtra el pecador ſi le peſa (11) porque peco. E quando todas eſtas coſas ouiere catadas, deuele dar penitencia contraria del pecado (12) que fizo: o otra ſegund ſu aluedrio, (13) qual entendiere que podra complir. Otroſi el que ſe viniere a confeſſar, de-

---

tianus 40. *diſtinct.* Plus enim peccare videtur perfectus, quàn imperfectus, gloſ. *in cap.* 1. *de pœnitent. diſtinct.* 5. *in parte ideo enim*, quæ tamen limitat hoc ſecundum contemptum. Adde gloſ. *in cap. qui viderit* 32. *quæſt.* 5. *In parte ſtudioſa*, & 1. *Regum*, *cap.* 2. *v.* 25. & *de pœnitent. diſt.* 1. *cap. ſi ſacerdos.* Si Sacerdos peccaverit, quis oravit pro eo.

(6) *Letrado.* Huic enim propter majorem ſcientiam durior videtur pœnitentia imponenda, quàm non literato; quia magis videtur contemnere qui plus ſcit, quàm qui minus, & quia literati peccant in multis, de quibus ſacerdos debet inquirere, ideò debet hoc ſcire, de quibus vide per Hoſtienſ. *in ſumma*, *de pœnitent.* & *remiſ. charta* 6. *col.* 4. *verſic. cui doctor.*

(7) *Perlado.* Prælatus ſi publicè peccaverit, acriùs quàm alius puniri debet propter exempli perniciem, 11. *quæſt.* 3. *cap. præcipuus*, *cap. magnæ*, *de voto*, ubi gloſ. tradit illud Regis ad exemplum, &c. 82. *diſtinct. cap. nemo quippe.* Si occultum mitiùs punitur, quàm quando publicè, nam gradus dignitatis, vel ordinis peccatum aggravat, *dict. cap. homo chriſtianus* 40. *diſtinct.* & 89. *diſtinct. cap. ad hoc Deus.* Unde Presbyter magis puniendus eſt, quàm Diaconus: & vide *de pœnitent. diſtinct.* 4. §. *finis.* Hoſtienſ. *ubi ſupra*, *verſic. ſi Prælatus ſit.*

(8) *Perſona menor.* Milites, ruſtici, mercatores, vel alii, de quibus vide latiùs per Hoſtienſ. *in ſumma*, *de pœnitent.* & *remiſſion. charta* 8. *verſic. cui miles*, *verſic. cui ruſticus*, & *verſic. cui mercator*, & dicit ibi Hoſtienſ. quòd vita ruſticorum tutior eſt, quàm quieſcentium delicioſorum divitum, & otioſorum, unde verſus, divitiis uti, res eſt adverſa ſaluti: paucos crede bonos, quos beat æris honos. Mollities veſtis, coitus, gula, cura quietis. Et circa mercatores nota ſignanter cum (narrando in his quæ peccant) dicit non, transferendo ſe ad regiones remotas, & nimiam moram trahentes, & ibi cum diverſis etiam alienis uxoribus advlterium committendo, & ſuis cauſam adulterii præbendo, de quibus quot mala proveniant dicit ipſe, nemo eſt qui ignoret; quod tu nota contra mercatores transferentes ſe in regiones Indiarum Maris Occeani, ibique nimiam moram trahentes. De religioſis autem dic, quòd in tribus caſibus in eodem genere peccati, plus peccant quàm laici. Primus, cum religioſus peccat contra votum religionis, veluti fornicando contra votum continentiæ, vel furando contra votum paupertatis, & contra præceptum decalogi. Secundus, cum peccat ex contemptu, cum per id ſit ingratus divini beneficii, quo ſublimatus eſt ad perfectionis ſtatum. Tertius, propter ſcandalum, quia multi ad ejus vitam reſpiciunt; ſed ſi religioſus non ex contemptu, ſed ex infirmitate, vel ignorantia peccat, non contra uotum ſuæ religionis; & occultè, & abſque ſcandalo, leviùs peccat eodem genere peccati, quàm ſæcularis, nam ex multis bonis quæ facit quaſi abſorbetur peccatum illius ſi ſit leve, & ſi ſit mortale, faciliùs ab illo reſurgit propter intentionem quam habet erectam ad Deum, quæ licèt ad horam iutercipiatur, de facili reparatur, & quia juvatur etiam à ſociis ad reſurgendum. Hæc ſunt ex S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 186. *artic. fin.* & tradit Joan. Andr. *in cap. accuſatus*, *de hæret. in* 6. & nota, quòd non eſt injungendm in pœnitentia monacho jejunium, in ſpeciali propter ſcandalum fratrum, 20. *quæſt.* 1. *cap. monachi*, & §. *fin.* poteſt tamen puniri in ciborum abſtinentia, cum & ſine ſcandalo poſsit comedere magis, vel minus; ſi tamen eſſet monachus ſolitarius, poſſet ei indici jejunium, videas per Hoſtienſ. *ubi ſupaa*, *charta* 16. *col.* 1. *verſic. ſi ſit monachus*: & de monachis, & eorum exceſſibus, vide per eundem *charta* 6. *col.* 2. *verſic. cui monachi*; ibi etiam videri poteris de exceſſibus aliarum perſonarum.

(9) *En que lugar.* An in loco ſacrato, ut *in cap.* 1. *de pœnitent. diſtinct.* 5. ubi vide de hac circunſtantia, & aliis hìc expreſsis, & per gloſ. *in cap. homo chriſtianus*, ubi Præpoſ. 40. *diſtinct.* Et adverte, quod neceſſe eſt confiteri circunſtantias mutantes ſpeciem peccati, ſi trahant ad ſpeciem, quæ de ſe ſit peccatum mortale; de circanſtantiis verò aggravantibus in eadem ſpecie, communior, & probabilior opinio eſt, quòd non ſit neceſſarium eas confiteri, licèt ſit laudabile, ut tradit latiùs Sylveſt. *in ſua ſumma, in parte Confeſſio* 1. *v. nono quæritur.*

(10) *O quantas vezes.* Debet ergo pœnitens explicitè confiteri ſe feciſſe peccatum bis, vel ter, vel pluries, prout habeat in memoria: videas Sylveſtr. *ubi ſupr. verſic.* 11.

(11) *Si le peſa.* Nam ſi maxima eſt contritio, etiam pœna peccati diminuitur, vide gloſ. *in cap. baptiſmi vicem*, *de conſecrat. diſtinct.* 4. & Abb. *in cap. inter opera*, *n.* 3. *de ſponſ.* 2. *nota.* & text. *in cap. in actione*, *de pœn. diſtinct.* 1. & gloſ. *ead. diſt. in cap. menſuram*, *in parte doloris*, & gloſ. 2. *in cap. omnis* 46. *diſt.* & Ludolphus Cartuſ. *part.* 2. *cap.* 60. *col.* 18. *in princip.*

(12) *Contraria del pecado.* Quia ſecundum Beat. Greg. contraria contrariis curantur, *cap. affectum* 26. *quæſt.* 7. unde injungat ſuperbo humilem orationem, avaro eleemoſynarum largitionem, accidioſo peregrinationem, guloſo, & luxurioſo abſtinentiam, & carnis macerationem, & diſciplinalem flagelationem, ſuſpecto de hæreſi, ſi clericus ſit bonus fidei prædicationem, & hæreticorum perſecutionem, maledicto benedictionem, & linguæ refrænationem, aliis ſatisfactionibus ſimul junctis, arg. *de purg. can. cap. inter ſollicitudines*, §. *præcipias*, quandoque injungat loci mutationem, 81. *diſtinct. cap. valet.* Hoſtienſ. *in ſumma*, *de pœnit.* & *remiſ.* 9. *quæ pœna.*

(13) *Segund ſu aluedrio.* Hodie omnes pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, *cap. tempora pœnitudinis* 26. *quæſt.* 7. & *cap. menſuram*, *de pœnit. diſt.* 1. & *cap. Deus qui*, *de pœn.* & *remiſſion.* & procedit non ſolùm quando non reperitur expreſſa in jure pœnitentia ſpecifica, imo etiam ubi canon expreſſam imponit pœnitentiam, ſicut reperitur in 46. fere caſibus, ubi canones pœnitentiales imponunt ſpecificas pœnitentias, pro certis peccatis, quos poteris videre collectos per Hoſt. *in ſumma*, *de pœnitent.* & *remiſſion. charta* 15. *col.* 2. 3. & 4. ut tradit Abb. *in dict. cap. Deus qui*, *n.* 4. & eſt communis opin. approbatque conſuetudo generalis: neque obſtat quod dicit beatus Gregor. & habetur *in cap. falſas*, *de pœnitent. diſtinct.* 5. ubi dicit, falſas pœnitentias dicimus, quæ non ſecundum auctoritatem ſanctorum Patrum imponuntur, quia dicit Hoſtienſ. illud verum niſi ex cauſis, & ponderatis circunſtantiis pœnitentia temperetur: & idem dicit Abb. *in dicto cap. Deus qui*, & ultra alias cauſas dicitur rationabilis cauſa indiſpoſitio pœnitentis, unde ſi meretur pœnitentiam magnam; & dicit ſe non poſſe facere, niſi parvam, injungat ei ſacerdos, quam poſsit libenter ſuſcipere, & ſi gaudere non poteſt de ejus omnimoda purgatione, ſaltem gaudeat, quód liberatum à gehenna ad purgatorium tranſmittat, ita quod ſecundum Hoſtienſ. nullo modo permittat eum à ſe recedere deſperatum, argum. *cap. ſi quis presbyter* 26. *quæſt.* 6. & advertat ſacerdos, quód pro majori peccato, major debet pœnitentia imponi, *cap. Deus diffinitionem*, *de pœn. diſtinct.* 1. caveat etiam ſecundum Hoſtienſ. *ubi ſupra*, quód ſic arbitretur, ne vileſcat auctoritas Eccleſtæ, & ne poteſtas cla-

deue ſer obediente, e muy acucioſo para fazer enmienda (14) de los pecados, que ouiere fecho, ſegund le mandare aquel, a quien dixere ſu confeſsion. Ca de otra manera non ſeria verdadera, nin ternia pro, para ſaluarſe por ella.

L E Y XXVI.

Que coſas deuen preguntar los Confeſſores a los que ſe les van a confeſſar.

SImplemente deuen los Confeſſores oyr las confeſsiones de los pecadores: e deſpues que ouieren confeſſado ſus pecados, hanles de preguntar de las coſas que ſon aderredor del pecado: aſsi como dize la ley ante deſta. Pero deuenſe mucho guardar, que les non fagan preguntas ſeñaladas (1) de las maneras del pecado: mas generalmente les deuen preguntar, en quales maneras pecaron. Otroſi deuen guardar que non peſcuden a los que ſe confieſſan, ſobre pecados eſtraños e muy ſin razon, que non vſan los omes, porque podria acaeſcer que por algunas de tales demandas ſe moverian a fazer algunas coſas, que ante non ſolian penſar, nin ſabian. Mas ſi por auenrura acaeſcieſſe, que el que ſe confieſſa fueſſe necio o vergonçoſo, e el Clerigo vieſſe en el algunas ſeñales que ſe envergonçaua de las dezir; entonce bien le puede preguntar, faſta que ſepa la verdad de aquel pecado que encubre. E otroſi puede preguntar a todo ome que viene a ſu confeſsion, de los pecados que ſon vſados, (2) aſsi como de ſoberuia, de muerte de ome, de auaricia, de adulterio, o de furto, de perjuro, de falſo teſtimonio, e de los otros yerros, en que caen los omes

---

clavium contemnatus, *de pœnit. diſtinct.* 1. *cap. ſunt qui arbitrantur*, *cap. abſit*, & *cap. quam præpoſtera*, 50. *diſt.* & ne ſe ipſos onerent; juxta ea quæ notat gloſ. *in dicto cap. menſuram*, & Abb. *in dicto cap. Deus qui*, *n.* 3. Hoſt. *in ſumma*, *de pœnitent.* & *remiſ. ultima charta*, *verſ. ad quid valet ſacerdos.* Sacerdos igitur conſideratis criminis qualitate, & perſonæ dignitate, conditione, ſexu, officio, paupertate, infirmitate, debilitate, conſuetudine, complexione, ſenectute, contritione, loci, religionis, & temporis qualitate, cauſa, & voluntate, & aliis circunſtantiis, de quibus *in dicto cap.* 1. *de pœnitent. diſtinct.* 5. & hic: pœnitentiam imponat, & dicit gloſ. *in dicto cap. menſuram*, quód ſi per errorem ſacerdos qui à pœnitente credebatur peritus, minorem quam debeat pœnitentiam imponat, ſufficit illa minor pœnitentia ad peccatum delendum, & omnem pœnam alterius vitæ, dummodo pœnitens, qui eam recipit, majorem recipere paratus eſſet, ſi ſibi imponeretur, & ſequitur Abb. *in dicto cap. Deus qui*, *n.* 4. de quo tamen videas Abulenſ. Matth. *cap.* 16. *quæſt.* 50. ubi concludit allegatis dictis illius gloſ. quód reſpectu pœnæ impoſitæ jure procedit illud dictum gloſ. ſed non in pœna taxatata à Deo, quia ſi minor imponatur, non tollitur tota pœna in purgatorio; unde ſi quis commiſit homicidium, vel perjurium, tenetur de jure ad ſeptennem pœnitentiam, *cap. hoc ipſum*, & §. *ſequent.* 33. *quæſt.* 2. & *cap. prædicandum* 22. *quæſt.* 1. Si ſacerdos imponat pœnitentiam unius diei, per hoc diſpenſat in jure ita, quód per hoc pœnitens non tenetur ad ſeptennem pœnitentiam, & tamen ſi per ſeptennem pœnitentiam tolleretur tota pœna debita in purgatorio pro homicidio, vel perjurio, non tolleretur per pœnam unius diei, quam impoſuit ſacerdos, ſed ſolùm tantùm tollitur proportionabiliter, quantum eſt unus dies ad ſeptem annos; & ita ſecundum eum quanto minorem pœnitentiam imponit ſacerdos confitenti, tanto deteriùs eſt confitenti. Niſi fortè, quia impoſita majori pœnitentia non poſſet, aut nollet illam tollerare: vide etiam ad prædicta, quòd ex cauſa poteſt ſacerdos minuere pœnitentiam impoſitam à Papa, ut dicit gloſ. *in dicto cap. tempora pœnitudinis*, & ſi peccatum eſſet publicum, dicunt aliqui, quód pœnitentiam publicam non poteſt ſacerdos minuere, per text. *in cap.* 1. *de pœnitent.* & *remiſſion.* ubi Anton. Felin. *in cap. accuſaſti*, *in fine*, *de accuſat.* Sed dic, quòd etiam in hac diſpenſare poſsit ex magna cauſa, *cap. quæſitum*, *de penitent.* & *remiſſion.* & tradit Hoſtienſ. *in dict. verſic. quæ pœna.*

(14) *Enmienda.* Nam non dicitur verè pœnitens, qui peccandi animum non deponit, *cap. quod quidam*, *de pœnitent.* & *remiſſion.* Et ſi confitens dicit, ſe non poſſe deſiſtere ab odio, vel alio peccato, vel nolle reſtituere cum poſsit, aut dimittere artem, quam ſine mortali exercere non poteſt, vel hujuſmodi, talis nullo modo debet abſolvi, ſecundùm S. Thom. Petrum de Palud. & alios: audienda tamen eſt ejus confeſsio, ne deſperet, ut *in dicto cap. quod quidam.* Sed an teneatur pœnitens acceptare pœnitentiam moderatam à ſacerdote injunctam; & dixerunt multi Doctor. S. Thom. Ricard. & alii, quòd ſic. Scotus verò tenet oppoſitum, cui aſſentit Joan. de Medina *in ſuo tract. de pœnitent. in cap. alia eſt pœnitentia ſecreta*, *ſub verſic. ſed eſt dubium.* Et probari dicit unica ratione, quia ſi eſſet pœnitenti neceſſarium, pœnitentiam injunctam acceptare, aut eſſet neceſſarium ad hunc finem, ſcilicet ut Deo reconcilietur, aut ut Deo ſatisfaciat, ſed non primum; quia ſupponit, quod homo ille ſit per contritionem ſufficienter reconciliatus, ſed neque ſecundum, quia quamvis peccator teneatur Deo ſatisfacere, cum hoc debitum poſsit multis viis, & modis ſolvere, ſequitur, quòd non teneatur ad unum determinatum modum ſatisfaciendi, ſcilicet per pœnitentiam injunctam: poteſt enim aliter, ſcilicet per pœnitentiam voluntariè aſſumptam, & per alia opera pietatis, & per fervorem charitatis ſatisfacere; & poteſt etiam ſatisfactionem ad purgatorium remittere, cum poſtquam culpa fuit remiſſa, non manſit peccator obligatus niſi ad pœnam temporalem, in hoc ſœculo, vel in alio ſolvendam, in quam ſcilicet fuerat æterna commutata.

L E X XXVI.

Sacerdos de circunſtantiis peccati inquirens, non deſcendat ad ſpeciem, neque de inconſuetis gravibus delictis quærat, niſi ex ſignis confitentis videri propter verecundiam, veritatem ſcelare, & faciat hominem pœnitentem ad ejus pedes ſedere: mulierem verò ad latus, non nimis appropinquantem, neque faciem, aut aliud ejus intueatur. Hoc dicit.

(1) *Preguntas ſeñaladas.* Vide *in cap. omnis utriuſque ſexus*, *verſic. ſacerdos autem*, *de pœnitent.* & *remiſſion.* & per Hoſtienſ. *in ſumma*, *charta* 8. *verſic. qualiter ſacerdos ſe debet habere erga confitentem*, & *charta* 9. *col.* 1. *verſic. quæ interrogationes*, ubi refert dicentes aliquos (& quòd ſic utuntur, & multi religioſi) quód nullæ interrogationes fieri debent: ſed ſimpliciter debet audire ſacerdos, quam opinionem proculdubió dicit Hoſtienſ. eſſe periculoſam; quia multi ſunt ſimplices, qui ſi inſtruantur, verè confitebuntur, & ſi non inſtruantur, ſemper in fæcibus remanebunt. Subdit etiam, quòd eſt falſa talis opinio; nam in hoc foro ſacerdos eſt judex, ut dicit Ambr. & habetur *in cap. verbum*, *de pœnitent. diſtinct.* 1. & oportet judicantem cuncta rimari, 30. *quæſt.* 5. *cap. judicantem*, & adde in hoc gloſſ. *in cap.* 1. *in verbo inveſtigator*, *de pœnitent. diſtinct.* 6. & ſi perſona pœnitentis eſſet diſcreta, non multum ſcuteris, cum in omnibus ſit inſtructa, niſi fortè Deus tibi aliquid revelaverit pluſquam ſibi, 95. *diſtinct. cap. eſto ſubjectus.*

(2) *Que ſon uſados.* De hoc videre poteris per Sanct. Thom. 4. *ſententiarum*, *diſtinct.* 19. & 50. ubi dicit, quòd

omes a menudo, e ſon como de cada dia. Otroſi deue el Confeſſor mandar al que ſe le confieſſa, que quantas vegadas viniere a penitencia, ſe ſiente a los pies del Clerigo, que lo confeſſare, omildoſamente. (3) Pero ſi fuere muger deuela caſtigar, que ſe aſsiente à vn lado del Confeſſor, e non muy cerca, nin delante; mas de guiſa, que la oyga, e non le vea la cara: (4) porque dize el Profeta Abacuc, que la cara de la muger es aſsi como llama de fuego, que quema al que la cata. Onde el Clerigo que ſe deue guardar de non fazer yerro con las mugeres, ha meneſter de non le ver la cara, nin otra coſa, porque aya de mouerſe a errar.

L E Y XXVII.

Que dize que todo Chriſtiano deue ſaber el Pater noſter, e Aue Maria, e el Credo in Deum,

Ley 1. tit. 1. lib. 1. Rec.

AVe Maria, e el Pater noſter, e el Credo in Deum, ſon palabras ſantas, e de grand virtud, e conuiene mucho a los Chriſtianos que las ſepan: porque el Aue Maria ſon las palabras, con que el Angel Gabriel ſaludo a la Virgen Santa Maria, quando nueſtro Señor Jeſu Chriſto quiſo tomar carne della, e es loor, que le plaze mucho, e a tan gran virtud, que ganan por ella los omes ſu merced de Santa Maria Virgen. Otroſi en el Pater noſter ſon las ſiete peticiones que nueſtro Señor Jeſu Chriſto dixo a los Chriſtianos, con que le ſupieſſen pedir merced: e en el Credo in Deum es la creencia verdadera de la Santa Fe Catholica, como la deuen creer. E por eſta razon los Clerigos que han de confeſſar, deuen preguntar (1) a los que ſe les confieſſan, ſi ſaben eſtas coſas que en eſta ley ſon dichas, e ſi dixeren que las non ſaben, deuen gelas moſtrar, e conſejar, e mandar que las aprendan.

L E Y XXVIII.

Que penitencia deuen dar por el pecado mortal.

DOble pena es fallada, por el pecado mortal. La vna por ſiempre, e en el otro ſiglo, a los que lo non confieſſan en eſte mundo, podiendo auer a quien, o que non ſe arrepienten (1) como deuen. La otra es temporal en eſte mundo, que pone aquel a quien ſe confieſſa el pecador: e quando eſta temporal es tan grande, que compla a la emienda del pecador, compliendola en eſte mundo, es quito de la otra que es en el otro, que deuia auer en el Purgatorio; (2) e ſi non es tan grande, o non la puede complir en eſte mundo, conuiene por fuerça, que la compla en el otro, paſſando por el Purgatorio.

L E Y XXIX.

Como todo ome puede confeſſar a otro en peligro de muerte.

ENfermedad auiendo alguno o otra coyta, por que ſe coytaſſe de tomar penitencia, mas ayna que deuia, o que tenia en la voluntad de lo fazer: deue demandar primeramente por aquel, cuyo parrochano es, ſegund dize en la ſetena ley ante deſta. Pero ſi aquel non podieſſe auer, puedeſe confeſſar a otro qualquier,

---

quód ſacerdos debet perſcrutari conſcientiam peccatoris in confeſsione, quaſi medicus vulnus, judex cauſam; quia frequenter, quæ pœnitens taceret, præ confuſione interrogatus, revelat. Sed tamen in interrogationibus tria ſunt attendenda. Primum, ut quilibet peccator interrogetur de peccatis, quæ conſueverunt in hominibus illius conditionis abundare. Non enim oportet, quód à milite quæratur de peccato Clericorum, aut religioſorum, aut e converſo. Secundum, ut non fiat explicita interrogatio de peccatis, niſi de illis quæ omnibus manifeſta ſunt. De aliis autem ad inventionibus, ita debet à longinquo fieri interrogatio; ut ſi commiſsit, dicat, ſi non commiſit, non addiſcat. Tertium, ut de peccatis præcipuè carnalibus non deſcendat nimis ad particulares circunſtantias; quia hujuſmodi delectabilia, quanto magis in ſpeciali conſiderantur, tanto magis concupiſcentiam nata ſunt movere, ut dicitur *in 4. Ethicor.* & cavere debet ſacerdos ne plures interrogationes faciat, quàm fortè expediat: quód ſpecialiter cavendum eſt in interrogationibus modi peccandi, maximè in peccato fornicationis, & gulæ, ne fortè ſibi modum quem numquam audivit, videatur aperire: & ſic ad peccatum quod numquam fecerit, quodammodo inſtruat, ut tradit Hoſt. *in ſumma, in dicto verſic. quæ interrogationes*, & habetur in iſta lege.

(3) *Omildoſamente.* Flexis genibus, capite diſcooperto, aut velato, dicit Hoſtienſ. *in ſumma, de pœnitent. & remiſsion. charta* 8. *col.* 4. *verſ. qualiter ſacerdos.*

(4) *La cara.* Proſequitur dicta Hoſtienſ. *in dicto verſ. qualiter ſacerdos*, ubi, quód inſtruat fœminam, quòd ſemper ſedeat ex tranſverſo, ne faciem ipſius reſpiciat; quia facies mulieris, ventus urens, Habacuc *cap.* 1. *v.* 9.

L E X XXVII.

Quærat ſacerdos, an confitens ſciat, Ave Maria, Pater noſter, & Credo in Deum, & ſi neſciat, doceat eum conſulens, & mandans, ut addiſcat. Hoc dicit.

(1) *Preguntar.* Congruens videtur hoc, & neceſſarium in ruſticis, & minoribus ætate, & noviter converſis ad fidem; & habet ortum lex iſta à dictis Hoſtienſ. *in ſumm. ubi ſupr. charta* 8. *col.* 4. *verſ. qualiter ſacerdos.*

L E X XXVIII.

Mortuus in peccato mortali perpetuó damnatur ad pœnam, ſed confeſſus, ſi pœna pœnitentiæ eſt condigna peccato, & in hoc mundo completur, remittitur in alio ſæculo; ſed ſi non completur, aur condigna non eſt, luetur in purgatorio. Hoc dicit.

(1) *Arrepienten.* Per contritionem pœna æterna diminuitur, ſed agenda eſt pœnitentia temporalis, ut colligitur, *de pœnitent. diſtinct.* 1. *cap. multiplex, & cap. quem pœnitet, in fine, & cap. verbum, & cap. ſi peccatum, & cap. ſi primi hominis, &* 5. *diſtinct. cap. conſideret, in fine, & diſtinct.* 7. *cap. fin.* Quicumque chriſtianus mortaliter peccans, duplici vinculo aſtringitur ad ſatisfaciendum; unum, quo ligatur quoad Deum, & iſtud in contritione dimittitur; aliud, quoad Eccleſiam, quód per confeſsionem, & ſatisfactionem injunctam, & abſolutionem preſbyteri relaxatur, ſecundum Hoſtienſ. *in ſumma, de pœn. & remiſsion. charta* 2. *verſ. illud autem, & verſ. tu dic, col.* 2. allegat *cap. à nobis* 2. §. 1. *de ſentent. excomm.* & quoad pœnam temporalem ſatisfactoriam obligatus etiam eſt Deo: vide quæ dixi *ſupra eod. in lege* 25. *in gloſ.* 13.

(2) *En el Purgatorio.* Is eſt effectus pœnitentiæ, ut ſi perfectè in hoc mundo fuerit ſatisfactum, ad patriam evolet, aliàs ſi quid purgandum remanſerit, igne purgatorii purgabitur: videas per Hoſt. *in ſumma, de pœnitent. & remiſsion. charta* 12. *col.* 1. *verſic. is es igitur effectus*, & quæ dixi *in dicta lege* 25. *in gloſ.* 13. *in fine.*

L E X XXIX.

Infirmus non invento ſuo presbytero, poteſt confiteri aliii clerico, vel laico, ſed cum evadet, debet iterum confiteri presbytero. Hoc dicit.

quier, maguer non fueſſe Miſſacantano: e ſi en ninguna manera Clerigo non podieſſe auer, e fueſſe grande la premia, puedeſe entonce confeſſar al lego: (1) e maguer el lego non aya poder (2) de abſoluerlo de los pecados, gana perdon dellos quanto a lo de Dios, por el arrepentimiento que a, e por la buena voluntad que tiene conſigo, que ſe confeſſaria al Clerigo, ſi le pudieſſe auer. Pero ſi deſpues eſtorcieſſe de aquel peligro, (3) deueſe confeſſar deſpues al Clerigo, ſi lo pudieſſe auer. E tal confeſsion, como la que auia fecho primeramente con el lego, non vale, ſi non a ora de grand coyta, non podiendo al fazer, aſsi como dicho es.

L E Y XXX.

Que cada vno deue dezir por ſi miſmo ſus pecados, e non por carta, nin por menſajero.

MEnſajero, (1) nin carta (2) non deue ninguno embiar, para confeſſar por el ſus pecados, mas aquel que faze el pecado lo deue dezir por ſu boca, fueras ende ſi non ſopieſſe el lenguaje de aquel, a quien ſe deue confeſſar, o ouieſſe en ſi enfermedad, o otro embargo, por que lo non pudieſſe fazer: ca eſtonce bien puede manifeſtar ſus pecados por eſcrito, o dezirlos a otro, que ſepa ſu lenguage, (3) que los diga por el, eſtando delante aquel, a quien ſe quiere confeſſar. E que eſto deua ſer aſsi fecho, mueſtranoſlo nueſtro Señor Jeſu Chriſto en el Euangelio, (4) quando ſano los diez gaſos, que les dixo: Id, e moſtradvos a los Sacerdotes: e en eſto ſe entiende, que touo por bien, que cada vno fueſſe por ſi a moſtrar ſus pecados, e non vno por otro. E aun ſe mueſtra por lo que dixo el Apoſtol Santiago: (5) que ſe confeſſaſſen los omes, los vnos a los otros, ſus pecados.

L E Y XXXI.

Como vale a las vezes tanto la buena contricion, como la confeſsion, maguer non ſe confieſſe el ome, por no poder.

FE quiere tanto dezir, (1) como auer ome firme creencia de la coſa que non ſiente, nin vee: eſta es todo el fundamento, e la rayz de

Ley 5. tit. 1. lib. 1. Rec.

---

(1) *Al lego.* Ortum habet à *cap. quem pœnitet, verſ. tanta, de pœn. diſt.* 1. *& cap. qui vult, de pœn. diſt.* 3. videas per gloſ. *in cap.* 2. *de pœn. & remiſ. in* 6. & poterit inſtante neceſsitate confiteri etiam & mulieri. Hoſtienſ. *in ſumma, de pœnit. & remiſsion.* §. *cui confitendum*, & Abb. *in cap. paſtoralis*, §. *prætereà, num.* 3. *de offic. ord.* non tamen hæretico, vel ſchiſmatico, ut dixi *ſupra eod. in L.* 21. *in gloſ.* 7.

(2) *Non aya poder.* Quia non habet claves, ut dicit gloſ. *in dicto cap.* 2.

(3) *Eſtorcieſſe de aquel peligro.* Vide per Hoſtienſ. *in dicto* §. *cui confitendum.*

L E X XXX.

Confeſsio non poteſt fieri per nuntium, aut epiſtolam, vel literam, ſed proprio ore. Si tamen talis non intelligat linguam, vel aliàs loqui nequeat eo in præſentia ſacerdotis exiſtente, poteſt per alium, vel per literam confiteri. Hoc dicit.

(1) *Menſagero.* Confeſsio ſacramentalis non poteſt fieri per nuntium, ut hìc, & eſt ſumptum ex *dict. cap. quem pœnitet, de pœnit. diſtinct.* 1.

(2) *Ni carta.* Adde *dict. cap. quem pœnitet*, dicit tamen gloſ. *in cap. qualis* 30. *quæſt.* 5. quód mulier ſimplex poteſt confiteri ſcripto, ſacerdoti præſenti, S. Thom. *in* 4. *ſentent. diſtinct.* 17. dicit, quod confeſsio prout eſt pars ſacramenti, habet determinatum actum, & materiam, & ille eſt quo maximè conſuevimus manifeſtare, id eſt per proprium ejus, igitur ei, qui non habet uſum linguæ, ut qui eſt mutus, vel qui eſt alterius linguæ, ſufficit, quód per ſcriptum, aut nutu, aut per interpretem coufiteatur, quia non exigitur ab homine plus quàm poſsit: dicit etiam S. Thom. *in* 1. quot libeto quód de neceſsitate Sacramenti eſt, quód quis ſua peccata manifeſtet, neque poteſt in hoc aliquid diſpenſare. Sed quód fiat verbo non eſt de neceſsitate ſacramenti, ſed ex inſtitutione Eccleſiæ quoad eum qui poteſt, non ſolùm ut erubeſcat, ſed ut accipiatur id cujus uſus eſt convenientior.

(3) *Que ſepa ſu lenguage.* Habes hìc, quòd poteſt quis confiteri per interpretem; & adverte, quòd non dicit, quòd teneatur, ſed quòd poteſt, Sylveſt. *in ſumma, de verbo Confeſsio* 1. *verſic.* 15. *quæritur*, poſt Sanc. Thom. & alios, quos ibi refert, ſe reſolvit, quòd teneatur quis quando habet ſacerdotem præſentem confiteri ore, vel per ſcripturam, aut per interpretem, de jure divino, id eſt, ſemel ante mortem, quia Deus præcepit abſolutè confeſsionem, quæ fieri poteſt dictis modis? Quantum eſt de neceſsitate ſacramenti, & conſequenter quandiu habet homo unum de illis modis, non abſolvitur à præcepto. Utrum autem idem ſit de jure canonico, ſeu eccleſiaſtico, ſecundum quod confeſsio debet fieri ſemel in anno, refert Petrum de Palud. dicentem, quòd fortè non tenetur quis confiteri per interpretem, licèt poſsit; ex quo non invenitur præceptum in jure, & præceptum eſt grave, & efficeretur gravius, & conſequenter talis non tenebitur communicare in paſcha, niſi immineret periculum mortis; quia tunc teneretur confiteri de jure divino: Joan. veró de Medina *in ſuo tract. de confeſsion.* dum tractat de modo ſecretè confitendi, §. *ſolet inſuper*, ſe reſolvit, quòd licèt ſit licitum confiteri per interpretem, vel coram teſtibus, non tamen dicit eſſe neceſſarium; quia neque intentio Dei, neque eccleſiæ eſt, ut peccator teneatur eo modo confiteri quo poſſit infamari: qualiter poſſet ſi per nuntium, vel interpretem, ſeu ſcriptum, ſeu ſi pluribus confiteretur. Item Eccleſia præceptum modificans, ait: quód ſolus ſoli confiteatur; & ſic ſacerdoti loco Dei: fatetur tamen, quòd ſi non poſſet aliquis debitam certitudinem ſui ſtatus habere niſi per confeſsionem, & abſolutionem, & per eam poſſet habere, quòd tunc eſſet neceſſarium ſic confiteri ob periculum evitandum. Attamen, cum hujuſmodi certitudo non ſit evidentiæ, ſed probabilis conjecturæ: hæc autem haberi poteſt per ſolam contritionem, ſine hujuſmodi, non ſecreta confeſsione: igitur defectus certitudinis non inducit neceſsitatem confitendi, non ſervato modo ſecreto.

(4) *En el Euangelio.* Luc. *cap.* 17. *v.* 12.

(5) *El Apoſtol Santiago.* In Epiſt. *cap.* 5. *v.* 16.

L E X XXXI.

Nihil prodeſt recipienti ſacramentum pœnitentiæ, ſi fidem non habeat, & eſt fides credere, quod quis non videt: & eſt fundamentum omnium bonorum. Item in mortis articulo deficiente confeſſore, ſola contritione liberatur pœnitens ab inferni pœnis: & ſi non poteſt ob aliquod impedimentum loqui, ſi habet ſigna contritionis: ut quia ſcribit peccata, vel manus levat junctas ad dominum, vel pectus percutiat gemitum, aut ſuſpirium, aut fletum emittat, aut quid ſimile, non denegantur ei eccleſiaſtica ſacramenta. Hoc dicit.

(1) *Tanto dezir.* Adde *cap. in domo de pœnit. diſt.* 4.

de todo nueſtro bien: (2) e es tan buena e tan ſanta, que non ſe puede eſcuſar en qualquier de los Sacramentos. E maguer que los reciba ome todos, non le tienen pro para ſaluarſe, ſi non ouiere fe, que por ella ſe ſaluara. E porende, tan grand merced fizo Dios a los pecadores, que quando acaeſce que vienen a hora de muerte, e non pueden auer Clerigo nin lego a quien ſe confieſſen, auiendo dolor en ſu coraçon (3) de ſus pecados, e fiandoſe en la merced de Dios: en eſta fe ſe ſaluan ſin ninguna dubda, para non yr al Infierno. E otroſi quando alguno ſe quiſiere confeſſar, que fueſſe mudo, o que ouieſſe perdido la fabla por enfermedad, o por ferida, o que non ſopieſſe el lenguage, o de otra manera qualquier, maguer aya Clerigo o lego a quien ſe confeſſaſſe, pues que lo non puede dezir por palabra, ha meneſter que amueſtre ſeñales (4) de arrepentimiento; aſsi como ſi eſcriuieſſe ſus pecados por ſu mano, o alçaſſe las manos a Dios, o ſi ſe firieſſe en los pechos, o gimieſſe, o ſoſpiraſſe, o lloraſſe. Ca ſi mueſtra alguna deſtas ſeñales, o otra ſemejante dellas, es ſaluo, ſegund nueſtra Santa Fe Catholica. E porende non le deuen vedar ninguno de los Sacramentos, nin de los otros bienes de Santa Egleſia, que gelos non den, bien anſi como ſi ſe confeſſaſſe por palabra.

LEY XXXII.

Como el que demanda licencia a ſu Cura, o a ſu Mayoral, para yrſe o confeſſar a otro, deue dar razon porque lo faze.

LIcentia en latin, e otorgamiento en romance, todo es vna coſa. (1) E porque dize en la ley ante deſta, que la deue ome demandar a ſu Clerigo, quando ſe quiere yr a confeſſar a otro, touo por bien Santa Egleſia de demoſtrar, en que manera lo deue fazer. E es eſta: ca deue moſtrar alguna razon derecha, por que gela aya de otorgar, diziendole, que cuyda que fallara mayor e mejor conſejo para ſu alma, ſegun el pecado en que eſta, en el otro a quien quiere yr, que en el. Onde ſi tal razon como eſta non moſtrare, o otra ſemejante della, non es tenudo de gela otorgar. Pero el moſtrandola, ſi non le quiſiere dar el Clerigo licencia, puedeſe querellar del a ſu Mayoral: aſsi como al Arcipreſte, o al Arcediano, o al Obiſpo. Mas ſi tanta fueſſe la malicia dellos, que non gela quiſieſſen otorgar: e aquel que la demandaſſe, entendieſſe, que mejor conſejo fallaria en el otro, bien puede yr ſin licencia deſtos al otro, a quien quiere, dezir ſu confeſſion.

LEY XXXIII.

Por quales razones puede yr el ome a confeſſarſe a otro ſin licencia de ſu Retor.

GViſada coſa es, e derecha, que el que ouieſſe caydo en tal pecado, que tanxieſſe a el e aquel Clerigo, a quien ſe deuia confeſſar: que puede yr a otro a quien ſe confieſſe, maguer ſu Clerigo no le quiſieſſe otorgar licencia, para fazerlo. Eſto ſeria, (1) como ſi fueſſe muger aquella que ſe quiſieſſe confeſſar, e ouieſſe pecado el Clerigo con ella, e ſe trabajaſſe aun de lo fazer: (2) o ſi fueſſe varon, e le ouieſſe acaeſcido de pecar con alguna parienta del Clerigo, o con ſu barragana, o le ouieſſe ferido, o muerto algun pariente, quel tanxeſſe mucho acerca, de quien entendieſſe, quel Clerigo recibiria grand peſar: ca por qualquier deſtas razones ſobredichas, o por otra ſemejante dellas, bien ſe puede confeſſar a otro, ſegund que de ſuſo dicho es. Pero ſi alguno demandaſſe licencia malicioſamente, o por engaño, o auiendo verguença de aquel Clerigo, porque por ventura ſe torno deſpues en alguno de aquellos pecados, de que auia

(2) *De todo nueſtro bien*, Si poteſt credere omnia poſſibilia ſunt credenti: Matth. *cap.* 9. *v.* 22. & Marc. 5. *v.* 34. Filia fides tua te ſalvam fecit, & Apoſt. ad Epheſ. 6. *v.* 16. dicit, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, & ſancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſsionem: ad Hebr. *cap.* 11. *v.* 33. & ibid. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo; & habetur *in Ep.* Jacobi, 1. *cap. v.* 6. poſtulet autem in fide nihil hæſitans, & hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra. Joan. 1. *cap.* 5. *v.* 24. & ſi non credideritis, non permanebitis, Eſai. *cap.* 7. *v.* 9. & Jerem. 5. *v.* 3. Domine oculi tui reſpiciunt fidem, & Oſeæ 2. *v.* 20: Sponſabo te mihi in fide; & ſi non prima in corde noſtro gignitur fides, reliqua quoque bona eſſe non poſſunt, etiamſi bona videantur. Beatus Gregor. 2. *lib. Moral.*, *cap.* 33.

(3) *Dolor en ſu coraçon.* Vide *cap. multiplex, de pœn. diſtinct.* 1. *& in* §. *quibus auctoritatibus, & in* §. *ex his auctoritatibus, ead. diſt.* & per Hoſtienſ. *in ſumma, de pœn. & remiſsion. charta* 2. *verſic. illud autem quæri conſuevit.*

(4) *Señales.* Vide *in dict. cap. multiplex, de pœn. diſt.* 1. unde iſta L. ſumpta eſt.

LEX XXXII.

Licentiam petens ad alii confitendum, exprimat juſtam cauſam petendi: & ſacerdote licentiam recuſante, conqueratur ſuo majori, quibus recuſantibus, poteſt ſine licentia alii confiteri: ſecus ſi in petitione juſtam cauſam non expreſsit. Hoc dicit. Et vide *ſupra eod. titul.*, *LL.* 21. *&* 22.

(1) *Vna coſa.* Nota ad leges Regni exigentes licentiam virorum in contractibus uxorum, & habes de iſto verbo *in authent. quomodo oportet Epiſcopos*, §. 1. *de alie. & emphit.* §. *emphiteoſim verò, & hypothecas*, & quæ notant Bart. & Ang. *in lege ſi quis mihi bona*, §. *juſſum*, *ff. de adquirend. hæredit.*

LEX XXXIII.

Juſta cauſa petendi licentiam eſt, ſi mulier quæ eſt confitens per ſuum ſacerdotem, eſt cognita carnaliter, vel ſi peccatum de quo quis vult confiteri rodundat in offenſam confeſſoris, aut conſanguinei ejus, vel amici; non tamen eſt juſta cauſa ſi verecundatur ex eo, quia reddit ad peccatum, quod jam ei confeſſus eſt: vel quia fortè ſacerdotem proprium habet odio injuſtè tamen. Hoc dicit.

(1) *Eſto ſeria*, Adde Joan. Andr. & Abb. *in cap. omnis utriuſque ſexus, de pœnitent. & remiſsion.* dixi ſupra *eod. in lege* 21. ſuper verbo, *ſin otorgamiento de aquellos.*

(2) *De lo fazer.* Et quæ pœna debeat imponi ſacerdoti coeunti cum filia ſpirituali, illa videlicet quam audivit in pœnitentia, videas *in cap. omnes, & in cap. ſi ſacerdos, & cap. fin.* 30. *quæſt.* 1. & Abb. *in cap. fin. num.* 4. *col.* 3. *de purg. can.* & quando ſcelus hoc in notitiam populi devenit, & pœna depoſitionis, ut *in dict. cap.*

auia tomado penitencia del, o por mal querencia que ouieſſe contra el, non le auiendo el otro mereſcido porque, o deſpreciandole, teniendo que non auia poder de abſoluerle: por qualquier deſtas razones, ſi demanda licencia, maguer que gela otorgue el Clerigo, faze engaño a ſi miſmo: e por ende yerra mucho, ca por ninguna deſtas razones non la deue demandar.

LEY XXXIIII.

Como todo Chriſtiano ſe deue confeſſar, a lo menos una vez en el año, e que pena mereſce el que lo non fiziere.

Ley 5. tit. 1. lib. 1. Rec.

CHriſtiano, nin Chriſtiana, non puede (1) ninguno complidamente ſer, ſi deſpues que fuere de edad, e entendiere bien, e mal, non ſe confeſſare a ſu Clerigo (2) cada año (3) vna vegada a lo menos, diziendole verdaderamente todos ſus pecados. E ottoſi deue recebir el Cuerpo de nueſtro Señor Jeſu Chriſto, a lo menos vna vegada en el año, por dia de Paſqua mayor, (4) que es la Reſurrecion: fueras ende ſi lo dexaſſe por conſejo de ſu Maeſtro de penitencia. Onde qualquier que eſtas coſas non fiziere, aſsi como dicho es, deue ſer echado de la Egleſia, que non oya las Oras con los otros Fieles Chriſtianos de Dios: e quando muriere non le deuen ſoterrar anſi como a Chriſtiano. E porque ninguno non ſe pueda eſcuſar, diziendo que lo non ſabia, fagan gelo ſaber los Clerigos, que aſsi es eſtableſcido en Santa Egleſia. Pero ſi alguno eſtuuiere en pecado mortal, conuienele de trabajar, quanto mas ayna pudiere, (5) de ſalir del, porque eſto pueda complir.

LEY XXXV.

Que pena mereſce el Clerigo que deſcubre los pecados que alguno le confeſſare.

DEſcobriendo algun Clerigo poridad del Rey, ſegun diximos en la ſegunda Partida, (1) faze grand traycion; quanto mas, la que es dicha a Dios, aſsi como la confeſsion que dizen al Clerigo, que eſta en ſu lugar: ca eſte atal faze muchos males e grandes. Lo vno, que es traydor a Dios, e deſobediente a Santa Egleſia; e lo al, que es aleuoſo a ſu Chriſtiano; e demas, es homiziero, ca mete mal querencia entre los omes, e dales exemplo de mal: e faze muy grande falſedad, tolliendo a los omes que non ſiruan a Dios, recelandoſe de confeſſatſe. E aun dizen los Santos de tal como eſte,

cap. ſi ſacerdos, & cap. fin. & intelligit Joan. Bernard. de Luc. Epiſcopus Calaguritanus *in ſua practica criminali canonica*, ſuper verbo, *ſpiritualibus filiabus*, *pag.* 1. *in fine*, id eſt, quód ſit teſtibus probatum, quaſi velit ille text. mitiori puniri pœna, quando in occulto hoc delictum revelatum eſſet ſuperiori; & ſatis videtur probari hoc text. *cap. ſacerdotes, cum ſequent.* 50. *diſtinct.* quos gloſſ. allegat *in dicto cap. fin.* nam ex quo res devenit in judicium, & conſtat ex actis, res dicitur manifeſta, & notoria, *cap. cum olim*, & ibi Abb. 2. *notab. de verbor. ſignif. & in cap. fin. de coha. cleric. & mulier.* Bald. *in* §. *judices, col. fin. de pace jur. firman.*

LEX XXXIIII.

Quilibet chriſtianus utriuſque ſexus, ad minus ſemel quolibet anno, poſtquam intelligit bonum, & malum, debet confiteri, & Euchariſtiam recipere, niſi de conſilio confeſſoris à communione abſtineat, aliàs non recipietur in Eccleſia ad horas canonicas, & carebit eccleſiaſtica ſepultura; & hoc ſtatutum debet publicari à ſacerdotibus, parrochianis ſuis. Hoc dicit.

(1) *Non puede.* Ex hoc verò videtur, hoc ſtatutum eſſe præcepti Eccleſiæ, licèt aliqui contrarium voluerunt in terminis, *cap. omnis utriuſque ſexus*, de quo L. iſta ſumpta eſt, moti ex eo, quòd ibi nullum verbum præceprivum, & quia ibi non jubetur confeſsio per ſe ab Eccleſia, ſed ratione Euchariſtiæ, quam omnes fideles in paſchate tenentur accipere, antequam neceſſe eſt confiteri. In contrarium tamen videlicet, quòd ſit præcepti eſt concors, & communis Theologorum, & Juriſtarum ſententia, imo quòd iſtum ſtatutum ſit obligatorium, ad confeſsionem, & Euchariſtiam ſumendam; & in hoc convenit totius Eccleſiæ conſuetudo.

(2) *A ſu Clerigo.* Vide ſupra *in LL.* 21. 22. *&* 23.

(3) *Cada año.* Ex hoc videretur, quòd ſufficit qualibet parte anni, licèt non ſit in quadrageſima, ſi autem ſtemus conſuetudini, & communi hominum intelligentiæ, & ſtatutis provincialibus pœnas contra non confitentes ſtatuentibus, apparet præceptum hoc obligare ad confeſsionem in quadrageſima; qui enim tunc non confitentur, ſe prævaricatores eſſe putant, & ut tales pœna pecuniaria puniri ſolent, & curatis imponitur neceſsitas tradendi prælatis, in matriculis eos, qui non confitentur in quadrageſima cujuſque anni, ut & tradit Joan. de Medina *in ſuo tract. de pœnit. tract.* 2. *in* §. *quintu. caſus eſt*, qui allegat S. Thom. *in* 4. *diſtinct.* 17. *quæſt.* 3. *ad primum, art.* 4. dicentem, tempus ſimul eſſe ab Eccleſia inſtitutum pro confeſsione, & Euchariſtia, excepto quòd confeſsio debet præcedere; ſed an ille qui omiſit confiteri in quadrageſima, teneatur ea tranſacta, quam primum poteſt confiteri, vel an poterit abſque novo peccato confeſsionem differre uſque ad aliam quadrageſimam? Iſtam quæſtionem movet dict. Doct. Joan. de Medina, *ubi ſupra*, qui inclinat, quòd teneatur confiteri quamprimum poterit, movetur, quia præcepto de confitendo ſemel in anno, non eſt intentio Eccleſiæ id ſtatuere ratione certi temporis, ſed ut occurratur negligentiæ humanæ de confitendo, & periculo oblivionis peccatorum; ibi poteris videre latiùs per eum, qui aliud cenſet, ſi Euchariſtia tempore paſchatis non ſumatur; quia poterit ſine novo peccato illam differre uſque ad aliud paſcha, quia in hoc Eccleſia videtur habuiſſe reſpectum ad tempus paſchæ, ratione dominicæ cœnæ, & reſurrectionis: confert ad prædicta *L. Celſus*, *ff. de arb.* & bonus text. *in cap. cum dilecti, de dolo, & contum. verſ. præterea cum mandatur alicui, & cap. piſanis, de reſtitut. ſpolia.* tutiùs tamen eſt contrarium.

(4) *Dia de Paſcua mayor.* In die dominica Reſurrectionis, quia tali die celebratur paſcha reſurrectionis, ut *in cap. noſſe, & in cap. celebritatem, de conſecr. diſt.* 3. & huic præcepto ſatisfaciet hodie ſuſcipiens Euchariſtiam in die ſancta Jovis cœnæ, & ulterius uſque ad dominicam poſt paſcha immediatè ſequentem, quæ dicitur de Quaſi modo incluſivè; ut fuit declaratum per Papam Eugenium.

(5) *Mas ayna pudiere.* Vide quæ dixi *ſupra eod. in L.* 22. *in gloſſ. fin.*

LEX XXXV.

Sacerdos debet cuſtodire ſigillum confeſsionis, & potius mori, quàm confeſsionem detegere, licèt ſibi præcipiatur ſub virtute obedientiæ; qui verò confeſsionem revelarit verbo, ſigno, vel alio quocunque modo, deponendus eſt, & ad pœnitentiam agendam perpetuò in monaſterio detrudendus. Hoc dicit.

(1) *Segunda Partida.* Vide *in lege* 5. *tit.* 9. 2. *part.*